

1.
24
30
4
5
57
6
7
8
9
10



1704.

- 1.^o Bodinus, Henricus: De obsequio militum in defensionibus
presentis 2 Exempl.
- 2.^o Bodinus, Henricus: De fallacibus iudicis magis. 2 Exempl.
- 3.^o Bodinus, Henricus: De anticipato concubitu
4. Bodinus, Henricus: De iudice male procedente
- 5.^o Bodinus, Henricus: De eo, quod iuramentum est circa testi-
monia historicorum 2 Exempl.
- 5.^o Bodinus, Henricus: De eo, quod iuramentum est circa testi-
monia historicorum
- 6.^o Bodinus, Henricus: De usuris licitis ultra quincunces.
7. Bodinus, Henricus: De restringenda libertate matris
nisi inveniatur.
8. Bachner, Fortis Henricus: De fundamentis geminis
iuris parochialis
- 9.^o Bachner, Fortis Henricus: De iure parochiali circa
administrationem sacrorum.
- 10.^o Bachner, Fortis Henricus: De iniustitia actuum
inferiorum.

- 10⁶. Bachmeyer, Furtus Henninger: De iniquitate et injus-
titia actionum inferiorum . . . nunc . . . denuo recusa
emendata et aucta .
11. Brunemannus, Jac.: De Imperatore et rege Romano
12. Brunemannus, Jac.: De collegio Electorali
13. Brunemannus, Jac.: De ratione status imperii
Romani . Germanici
14. Brunemannus, Jac.: De natura et administratio, iuris
publici
15. Brunemannus, Jac.: De imperatoris reservatis
16. Brunemannus, Jac.: De circulis et judiciis imperii
17. Buddeus, Jo. Franciscus: De contraventionibus faederum
18. Buddeus, Jo. Franciscus: De meta comparationis et P.
Concilii Tractat. annual. lib. V. Cap. LXXVI.
19. Buddeus, Jo. Franciscus: De eo, quod decet circa orationem
principum .

pas
usa
in
s
un
p.
id

17

RECITATIONE

RECITATIONE

FRANCISCO WILHELMO.

FRANCISCO WILHELMO.

FRANCISCO WILHELMO.

FRANCISCO WILHELMO.



[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



21.

2. D. B. v. G. 20. num. 46. 0.40 1/2

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS

De

**USURIS,
LICITIS ULTRA
QUINCUNCES,**

RECTORE ^{quam} MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO JUVENTUTIS PRINCIPE AC DOMINO,
DN.

P. 44.
FRIDERICO WILHELMO,

PRUTENICI ATQVE BRENNONICI SCEPTORUM HERE-
DE DIGNISSIMO TERQVE FELICI,
IN INCLYTA ACADEMIA FRIDERICIANA

Ex Decreto Illustris Facultatis Juridicæ,

PRÆSIDE

DN. HENRICO BODINO,

S. REG. MAJ. BORUSS. ET ELECT. BRAND. CONSI-
LIARIO ECCLESIAST. IN DUCATU MAGDEB. GRAVISSIMO, PRO-
FESSORE JURIS ORDINARIO CELEBERRIMO,

PRO LICENTIA


Summos in utroque Jure Honores & Privilegia
DOCTORALIA rite capeffenda,

Die XVII. Junii An. MDCCI. horis ante & pomeridianis
IN AUDITORIO MAJORI

Publicæ Eruditorum disquisitioni submittit

HENRICUS MEYER, A. F. Saxo-Brem.

Halæ, Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typogr.



83



DISSERTATIO JURIDICA IN AUCTORITATE

USURIS LICITIS ULTRA QUINGUNCES

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
FRANCISCO JOHANNIS KANTZKE AC DOCTORUM

FRIDERICO WILHELMO
FRANCISCO JOHANNIS KANTZKE AC DOCTORUM

ON FRIDERICO BODINO

PRO LICENTIA

DOCTORUM IN JURIS

FRANCISUS MEYER, A. S. S. P. R. O.

INCLYTÆ REIPUBLICÆ BREMENSIS
PATRIBUS CONSCRIPTIS

VIRIS

*Magnificis, Excellentiss. Nobiliss. Ampliss.
Consultiss. Prudentissimisque*

DN. PRÆSIDI,
DN. CONSULIBUS,
DN. SYNDICIS,
DN. SENATORIBUS,

PATRONIS AC MOECENATIBUS SUI
ÆTATEM DEVENERANDIS.



geram fere PATRES
CONSCRIPTI in Illu-
stri patriæ Gymnasio
quadriennium, cum
exteris lustrare Aca-
demias e re mea fu-
turum ratus, multum
dubitans, tandem ce-
leberrimam, quæ Halæ est videndi, famige-
ratisimosque ibidem Professores & præfer-
tim illustrem Dn. STRYKIUM audiendi stu-
dio accenderer: cum quòd hujus Viri ad-
mirandam perspicuitatem & vere solidam
doctrinam eruditus orbis dudum faceret
maximi, tum quod has ejusdem virtutes
Jcto dignissimas publica scripta tacito sed
amplis-

amplissimo & luculentissimo testimonio
comprobarent & undiquaq; loquerentur.
Atq; ita motus huc perrexi, ubi cum eousq;
studia mea absolverim, ut de suscipiendis
mediter peregrinationibus, Musis his vale-
dicere specimine volui, idque de more po-
pularium meorum publice. Non autem
de more, nec temere est P. C. quod tenue
hoc specimen Magnificis, Amplissimisque
Vestris Nominibus inscribendum statue-
rim, cum probe intelligam, quibus Nomi-
nibus Vobis omnibus, & inter eos Magnif.
Dn. Præsidi DWERHAGEN, obstrictus sim,
cujus illustria in Patriam merita, ut silentio
colo observoq; ita paternam vere benigni-
tatem nunquam fatis prædico: & necessa-
rium duxerim beneficium Dn. Cos. ab A-
SCHEN favorem devinctissima animi de-
claratione recolere, & me singulis Vobis,
PATRES CONSCR. ob insignem benevo-
lentiam qua me semper honorastis, obser-
vantia & cultu deditissimum ostendere.

Quo igitur his conatibus meis benignius
consulatur vestrum præsidium & auctori-
tatem imploro quam possum humillime,
rogoque Vestrum favorem bonitatemque
mihi prorogantes studiis meis bene velle
institutumq; meum pro voluntate Vestra,
qua estis in Musas propensissima benigni-
ter interpretari haud gravemini. Perspecta
vestra humanitas me hæc manu obsequi-
osa scribentem omni metu liberat & vestri
patrocinii favorisque reddit certissimum,
quibus ut diu mihi meisque uti liceat De-
um Opt. Max. veneror, ut florentes fortu-
næ in florente Republica vivatis, quo
& saluti & emolumento Patriæ per Vos
magis magisque consulatur.

MAGNIF. ET AMPLISSIM.
NOM. VESTROR.

Halæ Hermundurorum
an. 1701. m. Junio

obsequentissimus
AUTOR.



CAPUT I.

De definitione nominali & reali, Usuræ,
Fœnoris & Interesse.

SUMMARIA.

1. **D**ispositio hujus Capituli.
2. Etymologia vocis Usuræ.
3. Germanis quomodo appellatur usura.
4. derivatio fœnoris.
5. inter esse quid sit.
6. in actionibus privatis quomodo accipiatur.
7. quandoq; appellatur utilitas.
8. utilitas sumitur hic specialiter.
9. interesse stricte sumptum quid operetur.
10. definitio ejus quod interest.
11. an possit in definitionem deduci.
12. vera descriptio ejus quod interest.
13. quam alii probant.
14. alii improbant.
15. dissentientes refutantur.
16. usura in genere quid sit.
17. accessio quomodo hic sumatur & quid operetur.
18. usura in quo consistat.
19. usura in genere sumpta quot habeat species.
20. usura in specie sic dicta quomodo definiatur.
21. descriptio fœnoris.
22. quomodo contrahatur.
23. quid si ad alium contractum quam mutui accedat operetur.
24. fœnus quotuplex.
25. nauticum quid sit.
26. quid olim & hodie circa hoc juris.
27. ejus

2 CAPUT. I. DE DEFINITIONE NOMINALI

- | | |
|--|---|
| 27. ejus affines. | Etia quid operetur. |
| 28. quasi nauticum. | 41. item usura respectu interesse |
| 29. Terrestris fœnus quid sit. | 42. definitiones usurae, interesse |
| 30. necessitas distinctionis usurae & fœnoris. | & pœna repetuntur. |
| 31. quomodo differant. | 43. interesse & |
| 32. cur illa differentia introducta. | 44. usurae circa quod versentur quando debeantur, quomodo estimentur. |
| 33. differentia inter hoc & id quod interest. | 45. quid pro sit opinio usuras non qua tales d. ut interesse deberi. |
| 34. quibus accedat pœna. | 46. Recessus Imperii & |
| 35. distinctio pœnae & usurae. | 47. Jus Saxonicum de hac materia quid statuant. |
| 36. item usurae & interesse. | 48. pœna & interesse quomodo differant. |
| 37. ut & interesse & pœna. | 49. Usurae quomodo dividantur & in hac dissertatione tractentur. |
| 38. quandoque hæc vocabula in unum omnia coincidunt. | |
| 39. hinc eorum distinctio observanda. | |
| 40. pœna stipulationibus adje- | |

§. I.

- D**E usuris licitis ultra quincunces inaugurali hac disputatione pro ingenii modulo acturus, juxta admonitiones JCTi in L. 1. ff. de just. & jur. & L. 1. ff. de reb. cred. antequam ulterius progrediar ipsam vocabulorum notationem & rei definitiones præmittam, ostendendo (1) Ethymologiam usurae, fœnoris & ejus quod interest. (2) Definitionem harum partium & (3) justam differentiam usurae fœnoris & interesse.

2. §. II. Quod attinet Ethymologiam certum est Latinis Usuram ab usu seu utendo, sicuti fructus à fruendo vocari quod probat L. 60. pr. ff. pro soc. L. 58. §. 6. ff. ad SCt. Trebell. Wesenb.

USURÆ FOENORIS ET INTERESSE.

Wesemb. *in par. ff. tit. de usur. n. 1.* & Varro lib. 4. de ling. lat. à pendendo, inquit, usura quod in sortem accedebat impendium appellatum, quæ cum accederet ad sortem, ex usu usura dicta, ut fors quod suum sit sorte. add. Isidorus 5. Originum c. 25. quorum Philologorum Ethymologiam non obscuri plerumque nominis & ingenii Jcti sunt amplexi quos inter Duarenus *de usur. c. 1.* Bronchorst *de usur. c. 1. n. 21.* Donellus, Borcholt, Hottomannus, Treutlerus & alii. Germanis vocatur Zinse / quasi merces pro usu pecunia. Wehner. *in obs. pract. Lit. Q. in verb. Zinse.* Fœnus autem derivatur à fœtu, eò quod usura & fœnus sint quasi partus pecunia. Gell. *lib. 16. c. 4.* Interesse vero, (quo vocabulo omnes fere interpretes in nomine substantivo contra tradita Amyl. Ferret ad *L. un. C. de sent. quæ pro eò, quod inter. n. 1.* recte utuntur vid. Anton, Fum. *tr. de eo quod interest.* Rebuff. ad *dist. L. un. Treut. V. 2 d. 23. tb. 4. lit. B. Um. disput. 21. de process. tb. 10. n. 56.*) ita compositum est, ut sit quasi in re est, quod pronomina hæc adjuncta probant, quæ cum hoc verbo construuntur, mea, tua, nostra, vestra. Dicimus enim interest mea, quasi in re est mea, seu quod ad rem & utilitatem meam pertinet. *L. 8. §. 1. ff. de edend. L. 15. ff. ad L. Aquil. L. 14. §. 1. ff. de serv. corr. L. 5. §. 1. ff. de præscript. verb. & passim.* & ita in actionibus privatis, in quibus venire dicimus quod interest, illud intelligo. Inde est, quod illud, quod interest, utilitas à juris authoribus passim nominetur *L. 2. pr. & §. ult. ff. de eo quod certo loco. L. 21. §. 3. ff. de act. empt.* add. Petrus Rebuffus ad *L. un. C. de Sent. quæ pro eo, quod interest* Hottomannus *disput. de eo quod interest. cap. 1. §. 1.* qui paulo aliter hæc persequitur. Quia autem utilitas illa interdum etiam rem principalem concernit, præcavendum hic, quod præcipue hujus loci sit illa significatio specialis sive respectiva ad differentiam rei seu

4 CAPUT. I. DE DEFINITIONE NOMINALI

8. seu debiti principalis, siue accessio extrinseca ob damnum acceptum vel lucrum amissum, aut id, quod extrinsecus accedit in damno emergente, lucroque cessante *L. 70. L. 74. §. 1. ff. de evict. L. 5. §. 20. ff. de rat. & rat. distr. ab. l. 50. pr. ff. de*
9. *furt. L. 43. in fin. ff. de act. empt.* Et sic id quod interest strictè hic sumptum non comprehendit rem ipsam, nec pretium vel aestimationem nec etiam accessionem naturalem sed tantum comprehendit damnum vel lucrum occasione moræ emergens vel cessans extrinsecus sc. præter rem principalem & ejus causam. Caball. *de eo quod interest. n. 8. & seq. Umm. dict. Disp. 21. th. 10. n. 56. Zoes. ad ff. tit. de re jud. n. 80.*
10. §. III. Nunc ad definitiones rei, & primo quidem ejus quod interest, accedamus, ubi monere supervacuum videtur, posse id quod interest aliqua definitione comprehendere. Nam licet Alciat. *ad Dict. l. un. n. 26.* de eo dubitet per *L. 24. de reg. jur.* tamen iste textus contrarius non videtur, cujus genuinus sensus est quod quatenus qualibet res, & quodlibet factum & negotium particulare inter sit cujusque, non possit jure & Lege definiri, interim tamen dubitari non debet quin quid in genere sit interesse, definiri aut describi queat. vid. Philibert. Bonet. *in explicat. ejus quod interest. c. 10. p. 74.* Donell. *d. tract. v. 2. in fin.* Doctores tamen circa ipsam hujus definitionem, mirifice se torquent. Mea sententia est, quod id, quod interest, nihil aliud sit, quam damnum emergens & lucrum cessans, quod vel mora vel culpa in quacunque sive causa contingit. Quæ definitio tanto verior cæteris quanto & ipsius definiti substantiæ & Icti Pauli *in L. 13. ff. rat. am. rem. habet.* descriptioni conformior. Et licet non desint, qui hanc definitionem fugillent inter quos Jacob. de Aren. Anton. Guibert. *lib. 1. qv. 14. n. 12. & seqv.* & Philibert. Bonet. *de eo quod interest c. 2.* eminent, tamen ab hac injuria præter Glossam, eam vindicant Rebuff.

USURÆ FOENORIS ET INTERESSE.

buff. in *Gloss. Prout possibile n. 13. & seqq.* Caballin. *dict. Tract.* 14.
 n. 7. Donell. 15. *Comm.* 4. objectionibus autem dissen- 15.
 tientium satisfieri potest ex iis quæ tractat Goedd. *ad L.*
81. ff. de Verb. sign. n. 4. Bachov. *ad Treutl. Vol. 2. D. 23. lb. 4.*
lit. c.

§. IV. Usura in genere est accessio pecunie ad sortem 16.
 seu qualitatem principaliter debita, ob officium mutuationis
 & indemnitis, creditoris à debitore præstanda. *L. 2. §. 3. & 23.*
c. de usur. l. 1. §. 1. & passim ff. de usur. Bocer. disp. p. 1. disp. 20.
lb. 1. generis loco posui Vocabulum, Accessio per L. 12. 23. 26. 17.
pr. C. de usur. L. 43. ad Sc. Maced. quia hæc non solum allu-
 viones, consolidationes, acquisitiones servorum sed etiam
 usuras & in genere omnium actionum sequelas & conse-
 quentias sub se comprehendit. Cujac. *ad tit. ff. usur.* Genus
 vero restringit differentia specifica desumpta tam ab obje-
 cto quod denotatur verbo pecunia, qua voce significatur
 res quæ constat numero, pondere & mensura. *L. 2. §. 3. ff.*
de reb. cred. Usura enim non tantum consistit in nummis 18.
 sed etiam in aliis quantitativibus *d. L. 12. §. 23. C. d. usur.* non
 tm. in corporibus *L. 58. §. 6. ff. ad Sc. Trebell.* quam à fine, qui
 verbis reliquis exprimitur, ubi non sine ratione dixi: ob
 officium mutuationis & indemnitis creditoris.

§. V. Quoniam vero Usura in genere sumpta duas ha- 19.
 bet species, unam quæ nomen generis retinet, sc. usura, &
 fœnus, *Rub. ff. & C. de usur. Molinæus de usur. n. 4.* Borch.
de Usur. c. 2. n. 1. seqq. ideo Usura in specie sic dicta definitur 20.
 cum Dno. Bachovio. *Dissert. 18. Aphorism. 13.* quod sit acces-
 sio ad quantitatem, non solum ex causa mutui sed quacun-
 que alia debitam, in qua definitione explicanda non im-
 morabor, cum facile ex retrodictis pateat.

§. VI. Fœnus describi potest, quod sit quantitas acce- 21.
 dens ad sortem ex solo mutuo debita. Contrahitur, quo-
 ties

6 CAPUT. I. DE DEFINITIONE NOMINALI

22. ties pecunia ita collocatur ut interveniente stipulatione, tanquam res foecunda inter usurium seu foetum pariat atque producat, & statim a tempore contractus, & si creditoris nihil interfit, currere incipit adeoque merum lucrum est. Vultejus *in jurisprud.* Roman. lib. 1. c. 44. num. 87. & *segg.*
23. Hottomannus, *de usur.* c. 1. si autem ad alium contractum quam mutui accedat aliquid praeter sortem non lucri causa, sed ne in damno versetur creditor, dum se se interea carere necesse habeat, usura est, non foenus, Bachov. ad
24. Treutler. Vol. 2. *disput.* 3. *th.* 2. *lit.* C. Foenus hoc vulgo duplex constituunt, sc. nauticum & terrestre, quibus aliqui
25. addunt quasi nauticum; Nauticum dicitur, quod pro pecunia (etiam merce ex ea comparata *L. 1. in fin. ff. de naut. foenor.*) trans mare vehenda solvitur hoc pacto & lege ut periculum in mari casu contingens sit creditoris vid. Strauch.
26. *diff.* 18. *aph.* 5. quod foenus olim in infinitum stipulari licebat, teste Paulo 2. *sentent.* 14. hodie tamen jure novellar. ultra centesimas nihil quicquam peti vel accipi debere *Nov. 110.* multi statuunt & per hanc *Nov. 106.* abrogatam esse contendunt. Possent huc quidem commode referri contractus assicurationis & Bodmeriae, quae cum foenore nautico magnam *avaloylav* & affinitatem habent, quia verò hac de re dicendi forte in Capite ultimo occasio dabitur, jam supersedeo; interim tamen videri possunt de contractu assicurationis Struv. *Exerc.* 25. *th.* 46. *segg.* Grot. lib. 2. de *J. B.* & *P. t.* 12. *n.* 3. *in fin.* Stypman *de jure maritim.* p. 4. c. 7. de Bodmeria vero extra Stypmann. *d. l. c.* 7. Salmas. *de foenor. trape-*
28. *zitico* p. 95. Quasi nauticum est si quis pecuniam ei qui non navigat, e. g. piscaturo in piscaturae apparatus, mutuo dedit, ut in periculo creditoris sit, Sichard. *ad tit. C. de naut. foen.*
29. *n.* 3. Foenus terrestre est, quando non creditur pecunia navigaturo sed aliis forte si creditor periculum transvectionis

nis

USURÆ FOENORIS ET INTERESSE. 7

nis per loca prædonibus infesta suscipit. Cujac. *in parat. C. denaut. fœnore* Strauch. *in all. diff. 18. tb. 15.* ubi hanc materiam accuratissime interpretatur.

§. VII. Ut vero eo facilius in explicatione hujus materiae progrediar, usuram à fœnore & eo quod interest distinguendam esse reor, utpote quâ distinctione neglectâ totum argumentum cimmeriis involvitur tenebris. Et quidem pro parte ex supra deductis jam patescit, usuram in genere sic dictam à fœnore ut genus & speciem, ab usura in specie autem tanquam speciem à specie differre. Sed quia in definitione fœnoris dictum quod ex solo mutuo oriatur, Usura in specie vero definita quod sit ad sortes ex quacunque causâ accessio, videtur hanc in pecunia mutuo data à fœnore nihil differre: Sed responsio in promptu est ex *L. 17. §. 3. ff. usur.* Nam differt utique à fœnore in hoc, quod illa sc. usura non tam propter lucrum accipientis, quam propter moram non solventis infligatur vid. *Wisenbach. part. 1. disp. ad ff. disp. 22. tb. 2.* Ulteriores differentias sup-
 peditat *Hotomannus tract. de usur. Cap. 1.* Ubi dicit inter usuram & fœnoris petitionem multum interesse: Illa enim, uti jam pro parte dictum, non ob lucrum & quæstum, verum ob solius damni creditoris compensationem introducta; hoc vero ob solum lucrum uti patet ex *L. 17 §. si. pu-
 pillo ff. de usur.* Illa, quod nostrum esse petitur: hoc, quod est alterius. Illa, in debitoris commodum; hoc solius creditoris lucrum spectat.

§. VIII. Et ex hac differentia inter usuras & fœnus patet etiam differentia inter hoc & id quod interest, si sc. interesse hoc cum usura conferatur, & in quo differat, ostensum sit. Ubi *Dd.* si quando collationem harum partium instituunt plerumque tertiam, pœnam sc. addere solent. Quæ igitur inter usuram, pœnam & interesse sit dif-
 feren-

35. ferentia dispiciamus. Quod pœna & usura distinguantur docet *L. 47. ff. de act. emp. L. 13. S. ult. ff. de pignor. L. 8. S. ult.*
36. *lud. ff. de lib. legat.* quod usura & interesse distincta sint species, videre est ex *L. 2. S. ult. de eo quod certo loc. l. 52. ff. pro soc. l. ult. ff. de peric. & comm. rei vend. Cap. dilect. extr. de foro compet.* Imo quod etiam interesse & pœna differant, demonstrat *L. 38. S. alteri ff. de verb. sign. S. alteri Inst. de inutil. stipul.* Veruntamen sapius contingit ut idem sit usura &
38. pœna *L. 11. L. 44. ff. de usur. L. 40. ff. de reb. cred.* ut idem sit usura & interesse *L. 60. ff. pro Socio L. 29. ff. de Edil. Edict.* ut idem sit pœna & interesse *L. ult. de eo quod cert. loc. L. 19. S. 1. ff. jud. solvi.* Item ut interesse, pœna & usura uno pœnæ nomine appellentur *all. L. 40. ff. de reb. cred. Giph. ad L. un. C. de sentent. qua pro eo quod indereft.* Cum ergo hæc
39. ita se habeant notandum est inter hæc tria discrimen, & explicandum quomodo à se invicem distinguantur, ubi præliminariter notandum quod quamvis de Jure Civili, id quod factò vel mora alterius alicujus interest peculiari actione peti potuerit, cum tamen hujus probatio sapius difficilis inveniatur vel creditores nimis immoderate illud
40. æstiment *vid. L. ult. de per. & comm. rei vendit.* Itaque quemadmodum pœna, stipulationibus adjecta circumscribit id quod interesse nomine peti poterat *l. ult. ff. de præst. stipul. S. ult. inst. de Verb. obl.* similiter usura à LL. instituta est ut id,
41. quod interest, terminet, ne amplius interesse probare necesse sit. *Hotomann. Disp. de Usur. c. 5. & 6. & ad rit. ff. de Usur.* Ex quibus jam aliqua differentia inter usuras & id quod interest apparet, sc. quod illa magis vicem ejus quod
42. interest obeat ac in ipsius locum sit surrogata. Antequam vero reliquas quoque differentias strictim colligam, repetendum erit, quod Usura, uti exposui, sit pretium usus pecuniæ sive quantitatis debita. Interesse autem sit quanti-
astima-

CAP. I. DE DEFINITIONE NOMINALI 9

æstimatur damnum acceptum vel lucrum amissum, pœna
 vero sit, quicquid debetur ex eo quod factum est, quod fieri
 non debuit, vel factum non est quod fieri debuit. *L. 2. §. de*
reg. jur. L. 37. L. 40. ff. de transact. §. ult. J. de verb. obl. Ex
 quo si differentia non satis patet, notandum porro, quod 43
 interesse versetur circa rem cujuscunque generis, exceptâ
 ea quæ in quantitate posita est *L. 3. ff. de in lit. jur. l. ult. ff. de*
peric. & comm. rei vendit. Vult. lib. 1. jur. Rom. c. 44. n. 63. U-
 sura autê sit ea accessio quæ proprie circa quantitatem versâ 44
 tur Hotomann. *de Usur. c. 2. Vult. d. l. n. 67.* Usura interdum
 à tempore contractus statim debetur. Interesse demum
 à tempore commissæ moræ aut culpæ Bachov. *vol. 2. Treutl.*
D. 3. 1b. 1. lit. a. Usurarum autem modus lege definitus *L. 1.*
ff. de Usur. L. 26. C. de usur. Wefenb. in Paralit. ff. de Usur. n. 8. Ta-
 bor *de Alterot. anto p. 2. art. 5. n. 3. & 4.* Secus se res habet cum,
 eo quo interest, illud enim modo tanti quanti res est, mo-
 do majoris æstimatur. Ita tamen ut casibus certis duplum,
 in quo etiam simplum contineri communis opinio est ve-
 ri pretii excedi non debeat, in casibus vero incertis æsti-
 matio ejus tota judicis arbitrio relinquitur. *L. un. C. de jud.*
 ideoque interesse penitus est incertum. *L. 24. ff. de Reg. jur.*
l. ult. ff. de Prætor. stipul. add. Struv. in Syntagm. Jur. civ. Exerc. 45.
 44. §. 5. Strauch. *Diss. 13. aph. 20. & 21.* ex quo simul patescit
 quid sentiendum de opinione Ernesti Cothm. *Vol. 2. resp.*
52. n. 261. & Finkelt. obs. 40. n. 16. Berlich p. 2. c. 38. n. 8. sentien-
 tium hodie usuras non quâ tales sed quâ interesse peti ac
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100
 101
 102
 103
 104
 105
 106
 107
 108
 109
 110
 111
 112
 113
 114
 115
 116
 117
 118
 119
 120
 121
 122
 123
 124
 125
 126
 127
 128
 129
 130
 131
 132
 133
 134
 135
 136
 137
 138
 139
 140
 141
 142
 143
 144
 145
 146
 147
 148
 149
 150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200
 201
 202
 203
 204
 205
 206
 207
 208
 209
 210
 211
 212
 213
 214
 215
 216
 217
 218
 219
 220
 221
 222
 223
 224
 225
 226
 227
 228
 229
 230
 231
 232
 233
 234
 235
 236
 237
 238
 239
 240
 241
 242
 243
 244
 245
 246
 247
 248
 249
 250
 251
 252
 253
 254
 255
 256
 257
 258
 259
 260
 261
 262
 263
 264
 265
 266
 267
 268
 269
 270
 271
 272
 273
 274
 275
 276
 277
 278
 279
 280
 281
 282
 283
 284
 285
 286
 287
 288
 289
 290
 291
 292
 293
 294
 295
 296
 297
 298
 299
 300
 301
 302
 303
 304
 305
 306
 307
 308
 309
 310
 311
 312
 313
 314
 315
 316
 317
 318
 319
 320
 321
 322
 323
 324
 325
 326
 327
 328
 329
 330
 331
 332
 333
 334
 335
 336
 337
 338
 339
 340
 341
 342
 343
 344
 345
 346
 347
 348
 349
 350
 351
 352
 353
 354
 355
 356
 357
 358
 359
 360
 361
 362
 363
 364
 365
 366
 367
 368
 369
 370
 371
 372
 373
 374
 375
 376
 377
 378
 379
 380
 381
 382
 383
 384
 385
 386
 387
 388
 389
 390
 391
 392
 393
 394
 395
 396
 397
 398
 399
 400
 401
 402
 403
 404
 405
 406
 407
 408
 409
 410
 411
 412
 413
 414
 415
 416
 417
 418
 419
 420
 421
 422
 423
 424
 425
 426
 427
 428
 429
 430
 431
 432
 433
 434
 435
 436
 437
 438
 439
 440
 441
 442
 443
 444
 445
 446
 447
 448
 449
 450
 451
 452
 453
 454
 455
 456
 457
 458
 459
 460
 461
 462
 463
 464
 465
 466
 467
 468
 469
 470
 471
 472
 473
 474
 475
 476
 477
 478
 479
 480
 481
 482
 483
 484
 485
 486
 487
 488
 489
 490
 491
 492
 493
 494
 495
 496
 497
 498
 499
 500
 501
 502
 503
 504
 505
 506
 507
 508
 509
 510
 511
 512
 513
 514
 515
 516
 517
 518
 519
 520
 521
 522
 523
 524
 525
 526
 527
 528
 529
 530
 531
 532
 533
 534
 535
 536
 537
 538
 539
 540
 541
 542
 543
 544
 545
 546
 547
 548
 549
 550
 551
 552
 553
 554
 555
 556
 557
 558
 559
 560
 561
 562
 563
 564
 565
 566
 567
 568
 569
 570
 571
 572
 573
 574
 575
 576
 577
 578
 579
 580
 581
 582
 583
 584
 585
 586
 587
 588
 589
 590
 591
 592
 593
 594
 595
 596
 597
 598
 599
 600
 601
 602
 603
 604
 605
 606
 607
 608
 609
 610
 611
 612
 613
 614
 615
 616
 617
 618
 619
 620
 621
 622
 623
 624
 625
 626
 627
 628
 629
 630
 631
 632
 633
 634
 635
 636
 637
 638
 639
 640
 641
 642
 643
 644
 645
 646
 647
 648
 649
 650
 651
 652
 653
 654
 655
 656
 657
 658
 659
 660
 661
 662
 663
 664
 665
 666
 667
 668
 669
 670
 671
 672
 673
 674
 675
 676
 677
 678
 679
 680
 681
 682
 683
 684
 685
 686
 687
 688
 689
 690
 691
 692
 693
 694
 695
 696
 697
 698
 699
 700
 701
 702
 703
 704
 705
 706
 707
 708
 709
 710
 711
 712
 713
 714
 715
 716
 717
 718
 719
 720
 721
 722
 723
 724
 725
 726
 727
 728
 729
 730
 731
 732
 733
 734
 735
 736
 737
 738
 739
 740
 741
 742
 743
 744
 745
 746
 747
 748
 749
 750
 751
 752
 753
 754
 755
 756
 757
 758
 759
 760
 761
 762
 763
 764
 765
 766
 767
 768
 769
 770
 771
 772
 773
 774
 775
 776
 777
 778
 779
 780
 781
 782
 783
 784
 785
 786
 787
 788
 789
 790
 791
 792
 793
 794
 795
 796
 797
 798
 799
 800
 801
 802
 803
 804
 805
 806
 807
 808
 809
 810
 811
 812
 813
 814
 815
 816
 817
 818
 819
 820
 821
 822
 823
 824
 825
 826
 827
 828
 829
 830
 831
 832
 833
 834
 835
 836
 837
 838
 839
 840
 841
 842
 843
 844
 845
 846
 847
 848
 849
 850
 851
 852
 853
 854
 855
 856
 857
 858
 859
 860
 861
 862
 863
 864
 865
 866
 867
 868
 869
 870
 871
 872
 873
 874
 875
 876
 877
 878
 879
 880
 881
 882
 883
 884
 885
 886
 887
 888
 889
 890
 891
 892
 893
 894
 895
 896
 897
 898
 899
 900
 901
 902
 903
 904
 905
 906
 907
 908
 909
 910
 911
 912
 913
 914
 915
 916
 917
 918
 919
 920
 921
 922
 923
 924
 925
 926
 927
 928
 929
 930
 931
 932
 933
 934
 935
 936
 937
 938
 939
 940
 941
 942
 943
 944
 945
 946
 947
 948
 949
 950
 951
 952
 953
 954
 955
 956
 957
 958
 959
 960
 961
 962
 963
 964
 965
 966
 967
 968
 969
 970
 971
 972
 973
 974
 975
 976
 977
 978
 979
 980
 981
 982
 983
 984
 985
 986
 987
 988
 989
 990
 991
 992
 993
 994
 995
 996
 997
 998
 999
 1000

B quod



IO ET REALI, USURÆ FOENOR, ET INTERESSE

quod attinet, licet cum interesse magnam habeat affinitatem proprietatem ab eo distinguitur, nam pœna certa est *L. 68. ff. de r. o. interesse a. incertum* uti jam diximus

§. IX. Sed hæc ne pagina nimis excrescant, sufficiat de differentia inter usuras, foen9, interesse & pœnā! nunc igitur huic cap. colophonem in ponam postquā tribus saltē verbis indicavero usurā generalem divisionem; & quidem ex vera & spia sententia quorundam Theologorum ac Ictorum, dividuntur in mordentes sive contra Christianam charitatē pugnantes & non mordentes. Illas respectu debitoris voco si quis à tali paupere, qui ostiatim victum quarit, usuras petat, respectu creditoris, si quis plus iusto & ultra legitimum modum ac cum debitoris, licet divitis, damno usurarum nomine quid accipit. Has v. non mordentes appello si quis respectu ab his difficultatibus & usuaria pravitate liber est. vid. pluribus *Matt. Coler. de proc. execut. p. 1. c. 10. n. 42. & seqq. Cothm. conf. 52. n. 34. & seqq. vol. 2. Donell. de usur. c. 1. n. 5. Hackelm. Illustr. qv. disp. 12. tb. 16. Latherus de Censu lib. 3. c. 23. n. 81. & seqq.* Hac igitur distinctione tanquam justa & æqua retenta in sequentibus capitibus demonstrabo: usuras Christianam charitatem & dilectionem proximi mordentes & arrodentes iustumq; modum in Legibus publicis ab iis qui jura condendi legis habent, latius determinatum excedentes tantum, haud vero reliquas, intra ista septa manentes, Divino, naturali, gentium, Canonico Civili, Novellarum, Constitutionum Imperii, consuetudinario & statutario jure prohibitas esse.

CAPUT

Demonstrans quasdam Usuras Jure Naturali Gentium & Divino esse licitas.

SUMMARIUM.

1. *Us Naturæ quomodo hic sumatur & an usura jure naturali prohibita.*
2. *Explicatio juris divini.*
3. *Opiniones Theologorum Jurisconsultorum & Philosophorum.*
4. *Quanam sententia Ratisbonæ approbata.*
5. *J. Naturali quasdam usuras licitas esse probatur.*
6. *Rationes adducuntur cur hoc factum.*
7. *Quid operentur hæ rationes.*
8. *Dissentientium opiniones recensentur.*
9. *Illorum deciso.*
10. *Jure Divino veritas esse quasdam usuras, affirmatur.*
11. *Quomodo illud intelligendum.*
12. *Probatur jure divino licitas esse.*
13. *Deus gentibus permisit petere usuram.*
14. *Demonstratur quenam usura prohibeantur.*
15. *Mea sententia.*
16. *Ipse Salvator usuras tanquam rem laudabilem approbat.*
17. *Lutheri ut & Melancthonis sententia.*
18. *Jure Gentium licita sunt.*
19. *Apud multos gentes olim in usu fuisse.*
20. *Quorsum pertineant quando gentium LL. prohibita.*

§. I.

An tequam vero materiam propositam & in priori capite dispositam aggrediar, ostendendum hoc capite Usuras quasdam Jure Naturali, Gentium, & Divino esse licitas, ubi operæ pretium erit pro faciliori intellectu, ambiguitatem vocis juris naturæ, ante omnia breviter explicare, quam hoc loco non aliter quam pro regula charitatis & quidem in sensu magis negante quam affirmante accipio, ut sensus sit quasdam usuras non esse contra regulam charitatis naturaliter omnibus hominibus ex voluntate Dei creatoris, propter necessariam omnium conservationem debitam.

B 2

§. II.

12 CAP. II. DEMONSTRANS QUASDAM USUR.

§. II. Per Jus Divinum vero jus illud sacris literis contentum seu positivū intelligo, idq; tam morale juxta præcepta Decalogi, quæ, remoto promulgatore Mose, tam Christianos & omnes gentes quam Hæbreos obligant, quam quod in specie Positivum vocatur, quod Deus ex singularibus circumstantiis, extra communis moralitatis rationem fieri jus sit.

§. III. Præmissis hisce ad ipsum thema me accingo: Ubi quidem diffiteri non possum, multos Theologos non solum sed etiam Politicos, ICtos & Philosophos itavisse Jure Naturæ & Divino, omnes usuras esse illicitas, vid. Martin. Luth. in *Homil. mag. de Usuris anno 1519.* Philipp. Melancton. in *Catech. magna ad præceptum 7.* Culman in *exam. Theolog. sub tit. de Usuris.* Hemminus in *Enchirid. Theol. cl. 4. c. 6. sub tit. Contractus.* Wolf. Muscul. in *tr. de Usur ad Psalm. 15.* Beza in *Epigramm. p. 253.* Quorum sententiam superioribus annis Ratisbonæ aliqui Theologi adeo amplexi sunt ut etiam hæreticos pronunciarint qui cujuscunque usuræ defensionem susciperent vid. Heigius, *quest. 1. n. 19.* Imò extra hos & plures alios Theologos, non desunt quoque ICti & Philosophi, qui eandem quo ad Jus Naturæ fovent opinionem vid. Aristot. *lib. 1. Pol. c. 6. & 7.* Plato *lib. 5. d. Legibus.* Cicero *lib. 2. de officiis in fin.* Marcus Cato *de re rustica in pr. Alex. ab Alexand. lib. 1. geneal. dicit.* quos cum pluribus aliis allegat. Petr. Heig. *qv. 1. n. 10. & seqq.* Latissime Covarr. *var. resol. c. 1. n. 5.* Menoch. *de arbitr. jud. quest. §. 4. cas. 398.* His tñ. non obstantibus immota manet veritas (1) Jure naturæ quasdam Usuras sc. eas quæ abusu carent esse licitas.

5. Quod inter alia solum ex hac unica & quidem verissima ratione, quod Domino usus pecuniæ suæ, uti aliarum rerum suarum natura competat non alii, elucefcit. add. Illustr. Dn. Coccejus in *disp. de anatocismo cap. 1. §. 9.* Porro dixi supra, ex ju-



JURE NATUR. GENT. ET DIVINO ESSE LICIT. 13

ex jure Naturæ proprie dicto id malum seu prohibitum quod tale est ratione objecti, hoc est naturâ talem in se habet turpitudinem ut necessario sit vitandum nec sine peccato committi possit. Jam vero usurâ in se & simpliciter non sunt malum seu peccatum nec jure naturæ, sive respiciat Deum sive proximum, prohibita. ad Bachov. ad Treutl. v. 1. disp. 3. thes. 1. lit. B. Grotius de jure B. & P. C. 1. l. 1. n. 10. quod inde elucescit (1) quia Deus eas permisit hominibus, Deut: 23. v. 19. 20. (2) Quia lege Evangelii ab ipso Christo approbata Matth. 25. v. 27. de quibus infra, ubi de jure Divino denuo pluribus dicendi erit occasio. add. Ames. de Conscientia. L. 5. c. 44. n. 13. (3) quia apud omnes fere gentes moratioris fuerunt in usu ut probavit Hanius ad Wesenb. tit. d. usuris. Et licet. (4) Jus naturæ nobis inculcet, ut quæ nobis fieri volumus, ea omnino præstemus proximo & quæ huic nocent avertamus, tamen hoc jus non vult, ut alterius commoda promoveamus cum proprio nostro damno, unde etiam dilectio proximi non læditur si pro usu pecuniæ alterius incompenstationem modicum quid præstatur, nam si ipsa naturalis ratio obligat ad *ἀντιδοσιν* arg. l. 25. §. 11. ff. de hered. petit. Si justum est ut proximus mihi faciat, quod sibi velit. arg. L. 1. ff. de solut. Si alteri prodesse debeo ita tamen ne mihi noceam L. 2. §. 5. ff. de aqu. & aqua plur. Non quoque negandum erit, pro beneficio, quale est mutuum aut alius contractus quem in eo cum proximo petente, naturaliter aliquid deberi, quod autem naturaliter debetur id dilectionem non ferit, cum naturæ æquitas sibi ipsi non contrarietur, & cum constet, sibi prospicere, non esse simpliciter contra dilectionem, certe sequitur posse quasdam pro carentia pecuniæ suæ illaesa charitate usuras sumere. Et si hoc (5) non permetteretur, quis pecuniam, quam sæpius cum summa molestia repetere

6.

B 3

mutu-



mutuam tenetur, crederet, imo cogere ut utilitatem suam pecuniæ ad alios transferre, cum tamen natura ipsa concedat, ut sibi quisque quo ad usum vitæ potius prospiciat quam alteri acquirat, imo ejusmodi mutuans damnum incurreret, cum pecuniam mutuo datam interim in suos usus convertere nequeat, alter vero locupletaretur cum hujus jactura quod natura non permittit. *L. nam hoc natura ff. de condict. indeb.* Cum igitur (6) natura hæc non prohibeat ut societas talis, in qua unus pecuniam, alter operam ita ut lucrum sit commune, damnivero periculum alteruter eorum, non subeat, contrahatur, uti patet *ex §. de illa Instit. de societate* multominus prohibita erit constitutio usurarum, quippe quæ tam debitori quam creditori in Republica utilitatem præbet, nam si ejusmodi debitor, sicuti ipsi dissentientes concedunt, creditori ob carentiam pecuniæ præstare deberet id quod ejus interest, quod etiam in socio per *l. 60. ff. pro soc & negotiorum gestore per l. 37. ff. dicto tit.* procedit. Patet certe debitori esse utilius præstare usuras definitas lege, quam interesse quod sæpius longe excedit summam usurarum *l. ult. ff. de per & comm. rei venditæ & creditori adimitur necessitas probandi interesse, quod perquam difficile, l. ult. ff. de verborum obligat.* Ex quo (7) elucescit, quod, si ejusmodi contractus, cui accedunt usuræ à Republica eliminarentur etiam utilissima commercia & omnis fides simul labefactentur, cum tamen nulla res fortius rem publicam contineat, quam fides, quæ nulla esse potest, nisi erit solutio rerum creditarum. Cicero *lib. 2. offic.* Stat igitur sententia, quod usuræ in se si abusivæ non accedat, jure naturæ sint licitæ, uti patet tam ex supra allegatis & adductis, quam ex iis rationibus quæ statuunt Petrus Heigius *p. 2. qv. 1. per tot.* Meisn. *p. 3. phil. sect. 1. c. 6.* Coler. *de. proc. execut. p. 1. c. 10.* Cothm. *Vol. 2. conf. 52. n. 33. & seqq.*

JURE NATUR. GENT. ET DIVINO ESSE LICIT. 15

§ seqq. Gylm. tom. 2. Sympb. p. 2. vot. 26. n. 11. Ames. de cal. confc. lib. 5. c. 44. Treutl. Vol. 2. D. 3. th. 1. lit. B. Mol. tract. de usur. Richt. Dec. 74. Lindeman de mutuo cap. ult. n. 40. Hahn. ad Wefenb. tit. de Usur. n. 5. quos vide.

§. V. Dissentientes quidem variis nituntur rationib9, 8.
quibus suam opinionem stabilire satagunt, quarum aliquot
hic recensere lubet, dicunt (1) contra naturam esse augere
suum commodum proximi in commodo contra *L. 66. de
condict. indebiti L. 206. ff. de Reg. jur.* (2) abducere usuras à
Legē naturæ *Matth. 7.* radicata (3) extinguere dilectionem
proximi & impedire ne homo hominem beneficio afficiat
(4) Legi naturæ repugnare quod afflictio & paupertate labo-
ranti afflictio addatur (5) pugnare contra æquitatem plus
à proximo exigere quam datum *arg. l. rogasti ff. de reb. cre-
ditis.* (6) Leges naturæ vetare ut quis Domino in vito, qua-
lis est mutuans sive debitor, ex re aliena lucrum percipiat.
L. 1. § tot. tit. de usufr. L. 2. §. 2. ff. de reb. cred. (7) Creditorem
usuras capientem in effectu bisuum capere, nam aut acce-
pisse eas pro sorte aut pro usu sortis, si pro illa accipit du-
plicem compensationem pro eadem re, si pro usu fortis ca-
pit commodum ex hoc quod non est. (8) Constare pecu-
niam per se esse rem steriem natura sua *L. 1. § t. t. de usur.
ear. rer.* ex re autem sterili & in fructifera lucrum facere
naturæ repugnare. (9) nummos non ad quæstum facien-
dum sed ad permutationes eo facilius expediendas esse
inventos, ergo qui usuras capit hunc ordinem hocque
utile institutum evertere studet & inde quoque esse,
quod Aristoteles *1. Pol. 7.* Statuat fœnus esse nummum num-
mi ideoque maxime contra naturam esse hunc quæstum. 9.
Verum hæ & aliæ ratiunculæ, si modo unicam in capite I.
allegatam distinctionem de usuris mordentibus & non mor-
dentibus ob oculos habeamus & insuper supra allegata per-
penda-

16 CAP. II. DEMONSTRANS QUASDAM USUR.
pendamus, facile removeri possent at ne nimis excrefant
paginae tacite superfedeo, addatur saltem Jacobus Moestert.
de just. Leg. Rom. novis edit. dub. 20.

- §. VI. Jus Divinum quod attinet & hoc jure quas-
dam Usuram licitas esse, supra diximus, in contrariam sen-
tentiam multos Patres Ecclesiasticos & Theologos & Cano-
nistas iuisse. Non quidem negandum jure Divino positi-
vo sc. Deut. 23. populo Ebræo usuras, ut sc. eas inter se in-
vicem exercerent, fuisse vetitas, quoniam autem hoc ex
speciali causa sc. ob consanguinitatem qua inter eos ex-
cedebat, & quia hic populus mercaturam & negotiationem
non exercebat, factum, ergo eo minus statuendum, usur-
as in cæteris casibus esse iniquas & illicitas, quo magis
certum, quod ibi sit sermo de fratribus tantum pauperibus
& lex saltem repetita qua explicanda ex *Exod. 22. & Lev. 25.*
imò quia restringitur ad solos Judæos præceptum illud esse
tantum politicum non morale, quod nos non stringit, cum
præcepta politica unius populi propria sint & quamvis Gro-
tius *lib. 2. c. 12. n. 20.* de J. B. & P. putet hanc legem Ebreis
datam vel potius ejus exercitium Christianos inter se eo mag-
is decere, cum sint vocati ad majora virtutum specimina,
attamen constat, quod licet sit moraliter honestum usuras
vetare tamen non simpliciter necessarium, & veremur ut
homines in hac vita ulla lege ad tantas virtutes perducere pos-
sint. vid. *Const. Imper. Leon. 83. Salm. de Usur. cap. 20. p. 664.*
Manet itaque firmum, quasdam usuras, sc. illas qua abusu
carent & pauperem non mordent, juri Divino tam veteris
quam novi testamenti non esse contrarias. Hoc ut eo me-
lius probetur ex Buxtorfi Lexico hebraico fol. 48. repeten-
dum, quod usura & fœnus duplici vocabulo exprimentur
per חָרַבְתָּ sc. Neschech à mordendo & חָרַבְתָּ & חָרַבְתָּ thar-
bet vel marbet tolerabiles usuras denotans, sicuti ergo in
locis

JURE NATUR. GENT. ET DIVINO ESSE LICIT. 17

Locis Sacraſcripturæ à diſſentientibus allegatis, *Exod. 22. v. 25. Deut. 23. v. 19. Lev. 25. v. 35. & 26. Pf. 15. v. 5.* per verbum Neſchech ibi poſitum ſatis denotatur, ſupremum Legis latorem tantum uſuras mordentes ſive abuſum uſurarum tollere & prohibere voluiſſe. Ita hanc intentionem ſæpius appoſitum vocabulum Tharbeth & Marbeth ſatis & in ſuper hoc confirmat, quod etiam jurare ſit prohibitum in ſaceris paginis, cum tamen ſæpius juramentum ſit licitum imò neceſſarium, ex quo ſatis liquet, quod tantum abuſus ſit inter dictus add. *Molinaus de uſur. n. 2. & 9. Perr. Frid. de mandatis lib. 2. v. 72. n. 7.* Nam ſi Deus ſimpliciter uſurarum petitionem pro peccato habuiſſet, neſcitum eas à gentibus ſumi permiſiſſet, quod tamen factum eſſe docet *Caput 23. v. 20. Deut.* add. *Heug. alleg. queſt. 1. n. 33. lib. 2.* Et licet obſtare videatur ex Novo Testamento *Luc. 6.* tamen ex iſtis verbis finalibus ita diligite inimicos veſtros & benefacite & mutuum date nihil inde ſperantes, patet, quod hic Saluator noſter non de uſuris ſed ſorte locutus ſit, quaſi diceret: Mutuum date pauperi egenti, quamvis nihil ſperetis vobis redditum iri, imò tantum beneficentiam & mutua hominibus officia præcipit, præcepto autem beneficentiæ non tolluntur ulla commercia. Add. ſæpe citat. *Molin de Uſuris* optime hæc loca conciliantem. Quo ad cœtera vero loca in quibus obiter ſit mentio uſurarum e. g. *Nehem. 5. v. 7. 8. 9. & 10. Proverb. 18. v. 8. Jerem. 15. v. 10. 14. Ezechielis 18. v. 8.* minus ſuper eſt dubii, quin ibi uſura mordentes prohibita ſint. Meam ſententiam ſi adjicere licet, puto in hac quæſtione dijudicandum uti in omnibus actionibus moralibus, ad circumſtantias probe reſpiciendum eſſe, ita ut attendatur cui pecunia ſub uſuris data, an pauperi an diviti, in quem uſum vel utilitatem in qua ſumma & quomodo debeat id eſt, quamnam uſuram ſtipulatur.

18. CAP. II. DEMONSTRANS QUASDAM USUR,
tur. Si enim nullo casu usuras salva conscientia sumere
liceret ipse Salvator in parabola usuras tanquam rem lau-
dabilem non commendasset Matt. 25. v. 27. & Luc. 19. & 23.
16. potius ergo illas absque peccato mortali exerceri posse
præter Franzk. *Exercit. 9. qu. 4. ibique citat.* docet Hunnius
in qu. de usur. Gerb. 1. qu. Polit. 8. Imò dissentientes ipsi in i-
nicio hujus capituli allegati fere omnes mentem suam po-
stea declararunt, quod sc. sub sua opinione tantum com-
prehenderint usuras immoderatas uti videre est ex Luthe-
ro in libello von *Bucher* ubi scribit mundum sine usuris
esse vel stare non posse & in 7. *Tom. Jenensi fol. 408.* expres-
se approbat Leges illas Codicis de Usuris. Idemque probat
magnus ille Philippus Melancthon in suis *monumentis cla-
rissimis & doctissimis*, præsertim vero in epistola ad Bugen-
hagen scripta. Brentius ad *Psal. XV.* Hemming. *in tr. de
Lege Nature.* Chytraus in *Comment. ad Deut. c. 23. & c.*

- §. VII. Probata thesi quod scil. moderatæ usuræ jure
Naturæ & Divino non sint illicitæ quoad jus gentium nul-
lum superest dubium, cum notum sit, quod hoc jus ex ju-
re naturæ & naturali ratione descendat, & ex jure quod
DD. vocant gentium secundarium, omnes pene contractus
& inter hos etiam mutuuum, & eo ipso etiam ejus accessio
sc. usuræ, originem traxerint. Imo apud multas gentes u-
suræ in usu fuerunt, uti de Hebræis, Egyptiis, Atheniensibus,
Romanis &c. testatur *Hahn ad Wesenb. tit. de usuris.* Imò
constat ex legibus juris Romani, uti capite sequenti fusius
explicabitur, olim usuras centesimas approbatas esse vide
Cujac. in *L. 4. ad Papin.* sicuti notæ Græcorum ad *l. 1. ff. de
Usur.* denotant, apud Græcos semisses in usu fuisse vid. *Scho-
lium*, quod Theodoro inscribitur ad G. L. Quod autem
quorundam gentium Legibus leguntur veritæ hoc perti-
net ad abusum & usuras non mordentes, de quibus solis
hanc disput. scribere voluisse in cap. I. jam tum ostensum est.

CAPUT

CAPUT III.
De licitis Usuris secundum doctrinam
Juris Romani.

SUMMARIA.

- | | |
|--|---|
| 1. Explicatio Juris Civilis circa hanc materiã unde petenda. | 14. Usuræ centesimæ quid sint. |
| 2. Jure Codicis & Novell. prohibitas fuisse Dd. asserunt. | 15. Quando debeantur & quomodo Jure Romano vocentur. |
| 3. Concilium Nicænum damnavit usuras. | 16. Usuræ ad bessem quid sint, & quibus permittuntur. |
| 4. Lege duodecim tabularum ut & aliis Legibus permittuntur. | 17. Semisses quando debeantur. |
| 5. Usurarum prohibitio quo tendat. | 18. Explicatur L. S. C. de usur. |
| 6. Quousq. Concil. Nicænum damnaverit. | 19. Adjicitur poena illorum, qui hac lege abutuntur. |
| 7. An Imperator hoc Concilium approbaverit. | 20. Excessus in stipulandis usuris quid operetur. |
| 8. Olim pro lubitu usuras exigere licuit. | 21. An & cur usuræ jure Civili permittuntur. |
| 9. quod Imperator recte abrogavit. | 22. Quomodo distinguantur à practiis. |
| 10. Lex M. Luculli quo tendat. | 23. Lucratorie |
| 11. Leges de usuris quid statuerint. | 24. Compensatorie ut & |
| 12. Quis Imperator legitimas usuras introduxerit. | 25. punitorie quænam sint |
| 13. quantas statuerit atq. exigi permiserit. | 26. Quid de Canonistarum opinione statuendum. |
| | 27. Quorsum tendant Leges civiles. |
| | 28. Quid valeat sententia tam Imp. quam Canonistarum. |
| | 29. quamq. utilitatem habeat. |

§. I.

Postquam in priori capite, pro viribus ingenii satis, prout puto, demonstravi usuras nostras jure Divino, Naturali & Gentium esse licitas, jam ordo postulat, subnectere, eas etiam Jure Civili Romano esse permissas;

1. Quid sit jus Civile & quibus partibus constet cuiq; notum, nec hujus loci est materiam hanc hic pertractare, videat qui vult Commentatores ad Digesta & Institutiones & inter hos Lauterbachium in *Collegio Practico tit. de Legibus*. qui eleganter hoc thema tractant.

§. II. Has autem jure Civili, Romano & quidem an-

2. tiquo, item jure Codicis & Novellarum prohibititas fuisse usuras statuunt Doctores, non infimi subsellii mori testimonii Varronis in *præfat. lib. 1. de Re rusticæ*. Livii *lib. VII. p. 89*. Taciti *6. Annalium*, qui docent, veritum fuisse lege antiqua sub usuris credere, & *L. 20. C. quibus caus. notet.* & ob
3. *Nov. 121. c. 1.* in qua Novella Concilium Nicenum, quod tamen usuras damnasse dicunt, comprobatur, quemadmodum in *L. 20.* scenus dicatur improbum. Sed cum jam
4. tum Lege XII. Tabularum item Lege Tribunitia. Lege Julia & aliis usuram moderatam fuisse permissam testis sit ipse
5. Tacitus *alleg. lib. 6. annal.* facile patescit prohibitionem dictam notasse saltem abusum usurarum, non ipsas usuras moderatas, de quibus nobis hic sermo est, quippe quod
6. etiam *Lex 20. C. quibus caus. infam. not.* non has, sed tantum improbas, imò ipsum Concilium Nicenum non intotum usuras omnes sed saltem quo ad Clericos eas prohibeat, quod
7. Concilium quo ad usuras in super non probasse Imperatorem docet Brandm. in *diff. Jur. Civ. & Canon. fol. 699*. Cum itaque, hæc ita se habeant, non difficile erit probare; Usuras quæ jure Divino & Naturæ non penitus reprobatae etiam Jure Civili eo magis permissas esse.

§. III.

§. III. Equidem certum est, cum olim usuras cuique pro lubitu exigere liceret, & hoc in causa fuerit, quod debi-
tores à suis creditoribus miris modis divexarentur, hoc mo- 8.
visse Cæsarem Dictatorem (quamvis Livius *lib. 7.* hanc
functionem ad M. Duillium Tribunum Plebis referat) hanc 9.
feram exigendi usuras licentiam restringere, ita ut non li-
ceret, ultra unciarum exigere de qua loquitur *l. 47. de ad-
ministr. & pericul. tut. vel Curat.* quod deinde repetitum fu-
it anno ab urbe condita 396. lege Duellia Mœnenia. teste
eod. *Liv. lib. 7.* postea anno 422. Lege Genutia redactum fuit
ad semi unciarum. Tacit. *lib. 6. annal.* deinde lata fuit alia lex
Marci Luculli teste Plutarcho *in ejus vita* ut usuræ non 10.
possint excrecere ultra duplum sortis: imò usuras variis
modis esse restrictas patet quoque ex *l. 20. ff. de usur.* & *l. 26.*
§. 1. ff. de condict. in debit. Et expresse constitutum legibus 11.
in l. 1. ff. de usuris l. 37. eod. & l. 16. ff. mandati, quod usura in-
tra cancellas Constitutionum & consuetudinum cujusvis
Regionis & Provinciæ debeant esse inclusæ, Nihilominus
tamen, teste Molinæo *in tr. de Usuris* usurarum modus an-
te promulgationem *l. 26. C. de Usur.* mansit incertus, usque
dum plenissime huic rei prospectum & legitimæ usuræ ab 12.
Imperatore Justiniano in jam citata *lege 26. C. de usuris* in-
troducæ, & quantitas harum usurarum pro diversitate
personarum determinata.

§. IV. Quod igitur hanc Legem notabilem attinet,
constat imperatorem in illa totam materiam usurarum ad 13.
certam moderationem & metam reduxisse & voluisse ma-
ximam usuram Centesimam esse, quam quidem Seneca *lib.*
7. de benef. sanguinolentam vocat, inde tamen dicta est,
vel quod centesimo mense sortem æquet prout statuit 14.
Brunneman *ad l. 26. C. de usur.* vel quod idem est, sortis cen-
tesima pars sit mensura usura; i. procent des Monats. vid.

22 CAPUT. III. DE LICITIS USURIS SECUNDUM

- Harmenopulum *lib. 3. Epit. tit. 7. de Usur.* Guibert. *lib. 1. qu. memor. ab. c. 1. & late Borch. de Usur. c. 4. n. 2. 3. 4. & seqq. &*
 15. hanc centesimam aliter solvendam noluit, nisi vel ob magnum periculum, ut in trajectitia pecunia, vel ob insignem contumaciam de qua *vid. L. fin. C. de usur. rei jud.* vel ob graviolem perfidiam, qualis arguitur in fociis & tutoribus. *l. 1. C. de usur. pupil. l. 4. C. de edific. priv.* Dixi jam hanc centesimam Senecam sanguinolentam vocasse, sed minus recte, quin potius in jure romano legitima vocatur, quia eo usque legibus foenerari licitum erat, *l. 8. C. si cert. petatur*, eaque quantitas maxima usura Romanis visa *Salmaf. de usur. c. 7. ideoque vocantur in jure legitima. l. 44. de usur. l. 4. §. 1. de naut. foenor.* Sed hac de centesimis dixisse sufficiat. Porro permisit Imperator in dict. *l. 26. C. de usur.* usuras ad bessem
 16. vel duas partes centesimae 8. pro centum, mercatoribus, argentariis & qui ergasteriis praesunt, coeterisque licitam exercentibus negotiationem: ex quo mercatorum ea propria & peculiaris censetur usura Illustribus personis quae sunt proxime post Principem concessit tertiam centesimae seu trientem usuram 4. pro Cent. reliquos omnes jusit esse contentos dimidia centesimae, seu semisibus usuris 6. pro cent *add. l. 2. C. de usur. rei jud.* Giphanium & alios DD. ad hanc *l. 26. C. de usur.* & has usuras semisiles deberi dicit Brun-
 17. nemannus *ad dict. l. 26. C.* non tantum quando usurae sunt per stipulationem promissae sed etiam quando debentur officio
 18. judicis scilicet in b. f. judicis. Certum ergo est per hanc saluberrimam legem non solum perpetuam moderationem omnium usurarum introductam, sed etiam omnes consuetudines contrarias antea per *l. 1. ff. de Usuris* & reliquas leges supra allegatas abrogatas, ita tamen ut si quis, contra
 19. hanc constitutionem majores usuras fuerit stipulatus, non quidem totus contractus, sed tantum excessus annulletur,
 ne

ne utile per in utile vicietur, quæ disposita inveniuntur in verbis final. dict. l. 26. l. 20. l. 29. l. 9. ff. l. 15. l. 20. C. de usuris vid. late differentem Gail. lib. 2. obs. 4. & 5. ubi n. 7. inquit, meminisse oportet propter illicitam stipulationem, sortem principalem non amitti, quia pactum usurarium non vitiat contractum alias per se licitum, sed hoc pactum vitiat & pro non adjecto habetur add. Coth. lib. 1. conf. 18. n. 243.

§. V. Sed oportune hic quaeritur, si quis uti jam dictum, in stipulandis usuris excessum fecerit, an annullatio hujus pacti sufficiat, an vero etiam poena & quâ, sit afficiendus taliter contrahens. Respond. si excessus non est enormis & consuetus sine intentione pravitatem usurariam exercendi, acquiescere legem insola annullatione vid. l. 14. de relig. & sumpt. fun. Menoch. de arbitr. jud. quest. lib. 2. cent. 3. c. 226. Sin autem contrariæ circumstantiæ adsint, tunc jure Civili simul poenam constitutam esse quadrupli & amissionis sortis l. 2. Cod. Theod. de usur. imo hodie poenam infamiae l. 20. C. ex quibus caus. infam. irrog. Valqu. lib. 1. illust. controuv. c. 11. etiam quandoque pro gravitate & frequentia delicti contra eos criminalem animadversionem & amissionem quartæ partis sortis locum habere. Covarr. lib. 2. resol. c. 3. n. 2. Recept. Imper. de 20. 1500. p. 62. it. de 20. 1530. p. 235. de 20. 1577. p. 731. Gaill. lib. 7. obs. 4. inpr.

§. VI. Sed cum ita ostenderit Usuras jure Civili, non quidem in infinitum, verum cum certa & justa moderatione esse permittas quæ moderatio nec displicuit Luthero, quando recedit iterum à Canonistis, quorum opinionibus, conjectante sic Loccen. de proc. exec. p. l. c. 10. ab initio fuerat imbutus in Tomo Jenens. fol. 380. Super esse putato ut paucis perlustretur: An hoc jure ob solum mutationis officium usuræ sint concessæ? Sicuti in contemptum

24 CAP. I. DE LICITIS USURIS SECUNDUM

- ptum & odium juris Civilis & saluberrimarum legum fa-
bulantur Canonista. Notum est, à Practicis usuras distin-
22. gui in lucratorias, compensatorias & punitorias: Lucra-
23. torias dicunt, quæ propter solum mutuationis officium
24. sine aliâ justa causa exiguntur. Compensatorias, quæ ob
alias justas causas nimirum propter indemnitates credito-
25. ris mutuantis & debitoris emolumentum licet non stipu-
ratione dantur *vid. l. ii. §. 20. ff. d. act. emt.* Punitorias vero,
quæ non propter lucrum petentium, vel ob præsumptum
vel probatum inter esse creditoris se ex mora aut proca-
cia debitoris infliguntur. *Vid. Wefenb. in paratit. ff. de usur.*
n. 5. & seqq. Mindan. de mandatis lib. 2. c. 72. th. 8. fol. 438.
Cum igitur tantum compensatoria & punitoria nostri lo-
ci sint, nam lucratorias tanquam mordaces & foenus im-
probum omni jure damnatas esse jam supra dictum, nemo
erit qui mecum non sentiat, nugas Canonistarum esse pla-
26. ne fictas, quod non solum ipsa definitio usurarum capit. I.
in medium allata demonstrat satis, sed etiam nullo textu
& Lega probari potest, Imperatorem saltem respectum ha-
buisse in concessione & modificatione usurarum ad mu-
tuationis officium & non magis ad moderatam & æquabi-
lem inter usurii & promiscui inter esse compensationem
in commerciis & vita civili ita necessariam ad quod omnes
fere leges collimasse per se patet, videatur *l. 17. §. 3. l. 14. ff.*
d. usur. l. 29. §. 2. ff. de adul. Edict. l. 60. in pr. ff. pro socio l. 42.
ff. sal. matr. l. 23. in fin. ff. de pign. act. l. 5. de dol. except. l. 21. §.
ult. ff. de donat. inter vir. & usur. l. 58. §. 5. ff. ad. SCrum Tre-
bel. l. 7 ff. de adm. tut. §. 7.

§. VII. Et licet sint qui putent, ad minimum leges ci-
viles in illo casu esse injustas, si constet, creditorem semper
aliquam summam penes se otiosam habere, & tamen usura-
ras ab ejusmodi creditore stipulatas non improbet. Sed
cum

cum leges non ad ea quæ raro, sed quæ frequenter accidunt aptari debeant, *l. nam. & ea ff. de legibus*, in super creditoris interesse possit domi potius sterilem & ad omnes occurrentes necessitates & casus varios necessariam pecuniam habere in promptu, non puto si hanc credere compellatur iniquum esse, si debitor qui hac pecunia utitur, & ex ea lacrum percipit, hoc cum creditore communicet, & æquabilem compensationem addat, add, Heig. p. 2. qu. 1. m. 88.

§. VIII. Ex quibus omnibus cum satis elucescat, nihil in Jure Civili ratione usurarum constitutum quod juri divino naturali gentium, & dilectioni proximi contrarietur, certe mera calumnia est, à pontificiis & Canonistis, quos refert Molinæus n. 83. & seqq. eructata, dicere Imperatorem tantum tolerasse usuras, item effutire, leges civiles & divinas ac Evangelium invicem pugnare, iniquissimi sane sunt legum civilium censores, & certe non video, quare non consultum sit reipublicæ ad licitam quantitatem usuras permitti, quam sub speciosis ejus quod inter est (sub quo vel maximæ fraudes & usurariæ pravitates tanquam pileo deteguntur, secundum Zasium in §. 14. *Inst. de action*) reddituum, cambiorum & montium pietatis nominibus impune in bona pauperum grassari de quibus infra pluribus dicendi erit occasio. vid. *Theff. dec. 57.* Jac. Curt. *lib. 3. c. 29.* Et hoc, ut eo clarius constet me convertito ad

CAPUT IV.

De Usuris Juris Canonici.

SUMMARIUM.

1. Quid horum opinio proficit. 2. Quenam usuræ à Canonistis qui usuras damnant. *vetita.* 3. Quam

D

3. Quam

3. *Quam ob causam usura à Canonistis una cum usurarum nomine sint sublata.*
4. *Quousque rationes suas extendant.*
5. *Usurarum nomen sustulerunt sub alieno tamen exigunt.*
6. *Annus reditus approbant.*
7. *Quanam sit ratio quod Dominus accipiens pignus in fendum non teneatur usuras forti imputare.*
8. *Quid commodi habeat maritus in dote oppignorata.*
9. *Ultima voluntas circa usuras quid operetur.*
10. *An usura à fidejussore exigi possint.*
11. *Quid juris circa usuras si in Reipublice utilitatem pecunia versa.*
12. *De montibus pietatis quid statuendum.*
13. *Quamq; utilitatem habeant.*
14. *Pontificiorum jus circa Cambia.*
15. *Item quid sentiant de usuris judaeorum.*
16. *Inter esse damni emergentis lucrique cessantis quando habeat locum.*
17. *Quousque extendant Pontificii.*
18. *An usurarum pravitas sit crimen Ecclesiasticum an ad forum Ecclesiasticum.*
19. *An ad seculare.*
20. *Aut ad forum mixtum pertineat.*
22. *Mea opinio.*
23. *An iudex Laicus de hoc crimine possit cognoscere.*
24. *Jus Romanum Recessus Imperii & Ordinationes politicae de hac materia quid statuunt.*

§. I.

I. **Q**uod caput cum effato Mindani exordior, qui in lib. de mandat 2. cap. 72. n. 24. inquit. Ji qui ingenere & indistincte Usuras damnant, nec vim sacrae scripturae nec rationem conservandae societatis humanae intelligunt, quod ad Pontifices Romanos apprimè applicari potest. Sunt quidem aliqui qui docent, quod sicuti ante Concilium Nicænum ad seculum usque VI. usurae

furæ de jure Canonico licitæ fuerint. *Cap. quoniam distinct.*
 47. *Cap. 14. q. 4.* Salmasius *de Usuris c. 21. p. 63.* ita tantum,
 hoc concilio Clericis prohibitas esse; & deinde quidem
 etiam Laicis *c. 14. quest. 4. Cap. quoniam, X. de usuris.* Sed
 non hæ, de quibus nos tractamus, sed tantum mordaces
 immoderate & jure Civili etiam illicitæ, quod verba dicto-
 rum Capitulorum innuunt, add. Bachov. ad Treutl. *vol. 2.*
disp. 3. tb. 1. lit. D. Hahn ad Wesenb. *tit. de Usuris* quorum
 opinio non quidem destituitur ratione uti videre est apud
 Finkelt *Obs.* 39. n. 10. Quia autem communis schola Cano-
 nistarum reclamat, vid. Panormitanus Gonzalez Tellez
 Laimann. Engel, Honoratus Lestardus de Usuris & omnes
 fere Canonistæ *ad cap. 3. & tot. tit. X. de usuris*, nos jam po-
 namus cum illis thesaurum hanc, Usuram omnem, imò
 nomen ipsum, sublaturum esse jure Canonico & præ-
 primis *cap. 3. 4. & toto titulo X. de Usuris*, ex ratione, quam
 Canonistæ pro forma allegant, hæc, quia usuras utriusque te-
 stamenti pagina & ipsum jus Naturæ detestatur, quam do-
 ctrinam hi Canonistæ & Pontificii extendunt non solum ad
 fructus jure antichresteos debitos *vid. cap. 1. & 2. de Usuris*
 & *cap. 6. X. de pign.* ibique Gonzalez n. 13. add. Rittershusius
differ. lib. 3. c. 7. quamvis aliquot limitationes ex *Cap. 16. de*
usuris & cap. 1. de feud. subministrat. Dom. Brunn. *lib. 2. jur.*
Eccles. c. 18. n. 40. & ad illum. V. Illust. præsentis Fridericianæ
 splendor ac decus D. Samuel Strykius. Sed etiam, licet
 Usuræ stipulentur pro redimendis captivis *cap. 4. X. de usur.*
 quæ ibique Gonzalez & fuerint mentales *cap. 10. X. de usur.* quæ
 extensio in *cap. ult. in pr. X. de usuris* tandem ad eum casum
 porrigitur ut is pro usurario habeatur qui à debirore reci-
 pit aliquid ultra sortem, etiam si in se periculum recipiat.
 Ex quo capite præcipue prohibitionem nautici fœnoris de-
 ducunt, & licet Molinæus *de usuris.* Azpilcueta Navarr. in

Manual c. 17. n. 21. Gonzalez ad *dict. cap. ult.* dispositionem hanc Pontificis varie detorqueant, & unus hanc, alter aliam explicationem ad hibeat, tamen certum est, Gregorium quidem ex hypothesi prohibitarum usurarum, improbasse foenus nauticum, sed interpretes postea hoc contra pontificis prohibitionem iterum admisisse vid. Brunn. *lib. 2. jur. Eccles. c. 18. §. 42. aliique.*

- §. II. Esto itaque quod Pontifices misere religiosi usuras quo ad nomen sustulerint capti tamen dulci odore
5. lucri rem ipsam non improbarunt, sed multis speciosis palliis involverunt, atque ita culices excolarunt & Camelos devorarunt de quo graviter & pie conqueritur Molinaus *de usuris n. 78.* add. Ziegler ad Lancell. *lib. 4. tit. 7. §. 8.* Sic
 6. (1) approbavit annuos reditus Martinus Calixtus & Pius V. quos omnino justos & legitimos appellant Covarr. *lib. 3. resol. c. 7.* Natta *Cons. 497. n. 10. seqq.* Francif. Vinius *decad. 48. lib. 1.* imò hic contractus jure Civili plane incognitus est inventus à Pontificis, nam cum hic præpostero quodam Zelo putaret usuras esse illicitas, & tamen auctis bonis Clericorum nollet proximo gratis mutuum dare, excogitavit hoc remedium annuorum reddituum vid. *cap. 1. §. 2. Extr. xv. comm. de empt. vendit.* (2) Sic Dominus accipiens in pignus feudum, non tenetur usuras sorti imputare. *vid. cap. 1. de feud. §. c. 8. X. de usur.* ex ratione quod Vasallus in hoc casu liberetur à servitiis add. Gonzalez. *ad all. cap. 1. de feud.* (3) Sic marito per mittitur. *in cap. 6. X. de usuris ex rebus pro numeratione dotis oppignoratis fructus percipere nec doti imputare.* Canis. *de Usur. cap. 6. n. 6. §. seqq.* ex ratione quia Maritus fructus pignoris percipiat ob onera matrimonii. (4) Sic in ultima voluntate certam quantitatem sub onere solvendarum usurarum relinqui posse dicit Surd. *lib. 1. conf. 23. Hier. Gabr. consil. 155. n. 12. lib. 2.* Sic Glossa
ad
 - 7.
 - 8.
 - 9.

ad rubric. quod autem cap. 14. qu. 3. lit. L. ultra sortem aliquid accipere dicit favore Ecclesiæ, quasi Ecclesia illud quod ex hypothese, Pontificia ex se injustum est, licitum, reddere queat. ¹¹

(6) Sic usura à fidejussore pro principali exsoluta eodem jure licita exiguntur Cap. Constitutus X. de fidejuss. (7) Imò concedunt, Civem summis Reipublicæ necessitatibus compulsam recte pro pecunia Rei Publicæ data, usuram accipere posse ut interdum cogantur subditi fortunæ suis, publicis necessitatibus subvenire Alex. in lib. 1. n. 48. solut. mat. Natta lib. 1. conf. 12. n. 5. Cacheran. dec. ad 95. Vasquius lib. 1. illust. contror. c. 6. n. 7. Pruckman. de solut. a potest. cap. 4. memb. 2. effec. 4. n. 1. & seqq. Huc quoque referenda quæ de montibus pietatis Pontificia auctoritate statuta leguntur vid. ¹²

Lup. de usur. p. 3. n. 80. & seqq. Molin. n. 581. Herm. Lather. de censu lib. 3. cap. 23. n. 10. & seqq. ubi eos ita describit. Itali ¹³

montes pietatis ubiq; fere ad egestatem & in opiam sublevandam instituerunt, potissimum vero in civitatibus Lucensibus, Senensium & Florentinorum, his sc. legibus, ut cum filia nascitur, in ararium pietatis pecuniam dotalem, quam valet, eodem inferat momento nec repetere possit, sed cum puella 18. annum attigerit, decuplam pecuniam maritus puellæ dotis nomine, ab ararii quæstoribus accipiat, si centum aureos intulerit, mille ab arario laturus sin puella prius moriatur quam nubere potuit, quod ei non licet ante 18vum illata pecunia arario cedit, nisi patri altera agnata sit, quæ prioris jure fruatur &c. De his montibus licet in se nihil vitii alant, tamen illud improbo, quod teste Petro Gregorio Tholos de Republ. lib. 13. c. 16. n. 10. & seqq. fructus beneficiorum alicujus provinciæ, egentibus destinata ut plurimum in alios transferantur & quam maxime in illegitimos juxta privilegium expendantur. vid. ¹⁴

CAP. IV. DE USURIS

30

tam. *all. Tholos dict. loc. & in tract. suo de montibus pietatis Romanensibus. add. Besold. de arar. public. cap. 6. pag. 102. &*

14. *Clas 2. Disp. polit. 4. tit. 30. (9) Sic quoque Cambia Pontificis autoritate ornata, nam in illis collybum sive lucrum non improbant Vid. Engel in jur. Can. lib. 1. tit. 19. de usur. n. 24. add. Bonius de censibus art. 5. n. 11. & 14. Surd. lib. 2. conf. 287. (10) Quid de usuris Judeorum gravibus & suffocatoriis sentiant DD. Pontificii & quam crudele fœnus de facto probent vid. Alex. lib. 6. Conf. 8. & lib. 2. Conf. 1. 2. & 107. verborisissime contendentem Papam posse facere de peccato non peccatum; Et quid opus est recensere papiculorum varia pallia usurarum, notum est Canones dum prohibuerunt usuras minores, longe majores introduxisse; ad quod (11) recte refertur inter esse illud immensum*
16. *damni emergentis & lucri cessantis, quod jure Canonico & secundum omnes Canonistas non solum à tempore moræ exigi potest, per text. 2. X. de fidejuss. ubi Salicet & Caltr. glossa in cap. Conquestus X. de Usur. ibique Panormitanus n. 6. Gail. lib. 2. Obs. 5. n. 14. Verum etiam de hoc quo ad interesse damni emergentis in initio contractus & ante moram expressâ certa qualitate stipulari licet. Gail. lib. 2. obs. 5. n. 16. & Obs. 6. intantum ut etiam debitor ejus quod inter est si in mora solvendi fuerit, ulterius in aliud interesse, condemnari possit; licet alias usurâ usurarum jure Civili sub pena infamiæ sint prohibita L. 28. l. ult. C. de usur. & usus rei jud. L. 20. ex quibus causa infam. Rota. Genuenf. dec. 78. n. 16. & seqq. dec. 87. n. 8. 9. dec. 15. n. 3. imo quantitatem ejus quod interesse usque ad octo in centum & ulterius ascendere Canonistæ permittunt. Rot. Gen. dec. 194. n. 3. Borg. Caval. dec. 2. n. 11. Vinc. Canoc. de locor. lit. de usur. qu. 14. fol. 228. atque ita sub specioso hoc nomine interesse maximas fraudes & fallacias tanquam sub pileo contegunt.*

§. III.

§. III. Ex quo tanquam ex fonte perse fluit, quæ fuerit causa, quare Pontifex usuras jure Civili permittas & ad certa capita reductas, sustulerit & varia pallia iterum introduxerit. Peperit quippe uti ego opinor, erroris hujus principia tum legum & Elenchi usurarum crassa ignorantia, quod scilicet ex erronea sane hypothese usuras jure Divino & naturali esse prohibitas, præsupposuerint, Lynck *ad decretales lib. 5. tit. 19. §. 11.* cum tamen uti supra ostensum, neque Deum, populum, neque leges lædant, tum quia cæteris hanc negotiationem, ut eo melius thesaurus ecclesiæ augetur in videbant, ideoque in specialis concessionis Ecclesiæ favore religionis usuras iterum concedebant ut illi nempe superstitioni arcerentur, & his solis quaestus reservetur, Molinæus *de usuris n. 584.* ubi late hanc materiam recitat, tum quia præfules Romani prætendebant, nova quadam lege (de qua tamen nusquam existat indicium) à Deo sibi solis omnium sacrorum & animarum, quo etiam referunt usuras, curam esse concreditam, tum quia omnibus Regibus Principibusque superiores se jactabant ideoque his mandatis suis obstringendi facultatem prætendebant, quam nullerrimis autem fundamentis nitatur hæc Hierarchia docuit expresse Herm. Conring. *in tractat suo aureo de Majestate Civil. autorit. & offic. circa sacra impri- mis tb. 31. & seqq.* quem omnino vide.

§. IV. Super est paucis examinare etiam illam quaestionem an usuraria pravitas sit Crimen Ecclesiasticum & 18. pertineat ad forum judicis Ecclesiastici: Notum est, quod communiter in hac quaestione enodanda, quatuor reperiuntur DD. sententiæ. Prima est, esse merè Ecclesiasticum, in hanc opinionem eunt fere omnes Canonistæ, quamvis sint qui etiam fori Ecclesiasti, esse statuunt vid. Gonzalez Tellez *in lib. 5. Decret. tit. 19. n. 11. & in Can. 28. Concilii illiber.*
Fun.

CAPUT IV. DE USURIS

32

Fundamentum quarunt (1) in Clement. *Dispensiosum de jud.* ubi cognitionem & causam usurarum connumerari inter causas ecclesiasticas dicunt. (2) In quibusdam textibus juris Canonici hanc controversiam mandari iudicibus Ecclesiasticis. *Cap. 1. & 2. & cap. Præterea de usuris.* Secunda opinio est, distinguendum fore inter quaestionem juris & facti, nam quaestionem juris a solo Ecclesiastico iudice decidendam, quaestionem vero facti decidi posse etiam a iudice seculari tradunt, & hujus sententiæ fundamentum est, quia ubi quaestio facti est, ibi nihil impedit iudicem secularem, quominus cognoscat, cum longe remotum sit factum ab ecclesiastico jure & spirituali, secus ubi quaestio juris vertitur, quia illa Ecclesiastica est, cum ad animæ salutem pertineat, quam sententiam tamen pauci tantum admittunt, à plurimis vero, imò à Canonistis ipsis vide Gonzalez Tellez *jam alleg. loco* rejectum, Tertia est, quod crimen usurarum ad forum seculare tantum pertineat. *arg. rubr. C. de Episcop. audient. l. 26. ibi jubemus. C. de usuris.* cui accedit, quod Pontifex ipse in *cap. 12. de usuris* expresse mandat iudicibus secularibus, ut de usuris judicent. Quarta sententia vult usurariam pravitatem pertinere ad forum mixtum ita ut secundum *cap. 1. 2. 7. de usuris* Clericis infligat pœnam Canonicam quæ est ex communicatio &c. Laicis vero pœnam Civilem. Fundamentum quarunt in *all. cap. 12. de Usuris juratis* & textibus iis, qui docent, esse merum Ecclesiasticum crimen, quam ultimam sententiam Communis fere schola Drum., tam Pontificum quam Reformatorum, amplectuntur vid. Gonzalez *all. loco* ibique citatos. Nattam *cons. 198. n. 21.* Roland à Valle *lib. 1. cons. 75.* Beroum. *Cons. 207. n. 9.* Decium *Cons. 18.* Lupum *all. 56. & 70.* Covarr. *lib. 2. Var. resol. c. 3.* Cacheran. *dec. pedem. 137.* Menoch. *de arbitr. jud. quasi. cas. 398. n. 41.* Navarr. *ad cap. Novit. de*

de jud. not. 6. coll. 12. Reinking. de Reg. Secul. & Eccles. lib. 3. cl. 1. c. 10. in fin.

§. IV. Quamvis vero & ego in horum DD. castra ire, 21.
 & cum Dno. Brunnen. lib. 3. cap. 1. th. 22. & Carpovio in ju-
 risprud. for. lib. 3. cl. 2. n. 16. & seqq. huic sententiae, sc. usura-
 riam pro vitatem esse forimixti, subscribere satagam, ta-
 men neque his, qui tertiae opinioni cum Brandmullero in
manu duct. ad jus can. fol. 699. accedunt rationes desunt qui-
 bus suam defendunt opinionem. Nam dicunt (1) Usura-
 rum crimen ex se non est spirituale aut Ecclesiasticum, uti
 contendit Maracita in *spec. aur. p. 4. dist. 11. n. 8.* quia actus
 est injustitia commutativa, unde valde affine furto *Arist. 5. 4. 1.*
Etb. 4. & Canonistae ipsi sub jungunt ideo titulo de furtis
 hanc usurarum materiam. (2) Concedunt Clarus *re-*
cept. sent. lib. 5. §. usura. n. 5. & pro quarta opinione pu-
 gnantes, quod judex Laicus possit cognoscere de hoc cri- 22.
 mine tam criminaliter quam civiliter, quod, si haec quaestio
 incidenter & per modum exceptionis tractatur, Laicus be-
 ne cognoscere & contractum tanquam usurarium annul-
 lare; & usurarios per judicem Ecclesiasticum punitos ni-
 hil minus per seculares posse coerceri. Verum illi vel per
 usuram intelligunt id quod praeter mutuuum in vicem com-
 pensationis promittitur, vel quod rationem ejus excedit,
 si illud, tunc usura non est crimen sed est contractus, &
 utique pertinet ad judicem secularem, si hoc, consideratur
 quidem ut delictum, sed furto ita affine ut jure merito
 ejus species habeatur, ergo & ad eandem potestatem spe-
 ctat, non modo damni exinde dati correctio sed & vitii u-
 surarii vindicatio; nam licet à dissentientibus ideo crimen
 usurarum dicatur ecclesiasticum, quia Divina Lege & sacris
 Canonibus interdictum, tamen non impedit, quid esse
 vetitum divina lege & sacris Canonibus, nihilominus au-
 rem

34 CAPUT IV. DE USURIS JURIS CANONICI.

tem ejusdem cognitionem, ad judicem secularem spectare, veluti in furto, homicidio, adulterio notum, vid. Brandmullerus *all. loco ubi* hodiernæ praxi conformem dicit hanc sententiam præcipue cum etiam Ecclesiastica personæ judicii Criminalibus inter esse neutiquam possint. Decianus *in tr. crim. lib. 4 c. 9. n. 123. per cap. 5. & cap. 9. pr. X. ne cleric. vel Monach.* intantum ut nec quisquam adjumenti vel auxilii pœnam dictanti afferre liceat clericis. *allegat. cap. ibique Gloss. & Canonist. X. ne Cleric. vel Monach. Felinus in Cap. 6. n. 11. X. de homicid.* Pergunt porro huic sententiæ subscribentes quod Legibus Romanis hæc res clarafit, quia hoc 24. ex actionibus, remediis, & pœnis de hac re constitutis pateat, item quod Recesibus Imperii aperte insinuetur, quando in ordinationibus Politicis Titulo von wucherlichen Contracten pœnam statuunt sed præprimis quod in quocunque superiore non solum sit jus supremæ dispensationis & administrationis bonorum Reipublicæ sed & potestas propria ad imperandum & puniendum, quod nunc minus dubii habet, cum præprimis interterritoriis Protestantium, pontificis jurisdictionis suspensâ sit & pertineat ad Principes cujusq; territorii. Sed ut jam dictum, missa hac opinione in hæreo sententiæ quarto loco positæ quam pro media & conciliatrice agnoscit Joseph de Lesse *decis. Regn. Arragon. 148. n. 12. Covarr. 3. resol. 3. Conf. Dn Carpov. in Jurisp. forens. alleg. lib. 3. tit. 1. d. 2. n. 16. 17. & 18.* ibique citati Doctores.

CAPUT V.

De Praxi Imperii ratione Usurarum.

SUMMARIÆ.

Quinam abrogaverint rigorem Pontificum de usuris non sumendis. 2. Qua occasione. 3. Quo tempore. 4. Et

CAP. V. DE PRAXI IMPERII RAT. USURAR. 35

4. Et quanam usura abrogata. 15. Loco usurarum annuatim sex
 5. Refutatur illorum sententia, qui putant in his constitu-
 tionibus de annuis rediti- 16. Ex variorum locorum con-
 bus saltem fieri mentionem 17. ostenduntur casus quando
 non de mutuo aliisque con- 18. ultra 6. procentum licite exi-
 tractibus. 19. gi possunt usurae.
 6. Ac contrarium probatur. 20. Quid in Hollandia &
 7. Usuras quincunces licitas esse ex Recesibus Imperii 21. Bavaria juris.
 ostenditur. 22. An inter esse ultra 5. aut 6.
 8. Quanam usura mercatori- 23. procent. excurrere possit.
 bus permessa & an haec con- 24. Quid juris in sumendis u-
 traria sint R. Imperii. 25. suris circa penas conven-
 9. Recensentur opiniones Do- 26. tionales.
 ctorum. 27. Ex affectionibus ut &
 10. Constitutiones & mores qua- 28. Bodmeria quanta usurarum
 ultra quincunces usuras per- 29. summa exigi possit.
 mittunt ostenduntur. 30. 31. Creditor agricola quot peti
 11. Verus sensus R. Imperii de- 32. possit usuras.
 monstratur. 33. 34. Quid in Cambio.
 12. Consuetudines locorum ma- 35. Antichresi.
 xime circa usuras attenden- 36. 37. In incerto eventus.
 de. 38. 39. Usuris pupillaribus.
 13. Quae si sint contra jus divi- 40. 41. Et tandem in montibus pic-
 num e medio tollende. 42. 43. tatis juris sit & quanam u-
 14. An Princeps in suo territo- 44. 45. sura licite ex his exigi pos-
 rio novas constitutiones in- 46. 47. sint latius ostenditur.
 troducere possit.

§. I.

Resplendente Evangelica veritatis luce, cum Eluce-
 ren Pontifici rigoris de usuris varietas, indeque
 E 2 usura

usura quædam licita haberentur, quatenus ecclesiæ & Dominatui clericorum utiles judicabantur uti jam capite superiori dictum, hoc ansam dedit, ut Proceres Imperii videntes quod commercii vigor & multorum necessitatibus remedia constare nequitam valeant, nisi quoddam

1. admittatur pecuniæ lucrum, cogitarunt prohibitionibus Pontificum obicem ponere, & publicis constitutionibus
2. huic malo mederi. Erat in propatulo, usuras moderatas à Justiniano Imperatore ad certam metam redactam à Pontifice, qui nullam occasionem Principes & Status Imperii mandatis suis obstringendi prætermittebat, rejectas & sub pallio sanctitatis & specie annuorum redituum & interesse latenter & satis fraudulenter fœnus illud improbum, quod Jure Civili tam severe erat prohibitum, esse iterum substitutum, ut igitur hoc pallium fraudulentum & Reipublicæ perniciosissimum, ex ea eliminaretur, & jus Civile quodammodo in usum revocaretur factæ sunt constitutiones Imperii cum consensu omnium ordinum, uti verba sonant & quidem ex constitutionibus antiquis una (1) Wormatiæ anno 1495. pag. 30. §. Vor fünf und zwanzig. (2) Augustæ anno 1500. sub tit. von Bücherlichen Contracten. Cui (3) accessit Reformatio Status Politici in Comitibus Augustanis anno 1530. promulgata; sub tit. von Bücherlichen Contracten. in quibus illi excessus omnes qui sub specie annuorum redituum à Pontificiis & Canonistis in locum usurarum justarum introducti & Canonizati, quæ omnes majoris elucidationis gratia in Reformatione Politica de anno 1530. specialiter enumerantur, cassantur & annullantur, non vero moderatæ usuræ juris civilis abrogantur, imo potius confirmantur, & hæc omnia repetuntur in sequentibus constitutionibus Imperii. (4) Ratis bonæ anno 1532. p. 252. (5) Augustæ anno 1548. (6) Francofurti 1577. habitis & promulgatis.

§. II. Et licet in hisce Constitutionibus & Reformationibus legislatores tantum annuorum reddituum mentionem faciant, indeque inferendum quis cum Mevio *p. 4. d. 205. n. 4.* putare possit ac si in mutuo & aliis contractibus usurae essent prohibitae, tamen minime hoc est tum quia haec constitutiones se ex presse referunt ad jus Civile, tum quia reformatio de anno 1530. satis declarat quas usuras velit esse prohibitas, imo in subsequenti Recessu deputationis Wormatiae habito anno 1586. expressa 5. procent. sunt deter minatae, quod licet omnibus non placeret sed in Comitibus Ratisbonensibus anno 1594. visum fuerit decisionem pleniorum ad conventum deputationis proximum rejicere, tamen in decreto & Recessu deputatorum anno 1600. promulgato huic rei prospectum & §. 139. in specie in mutuo 5. procent constituta ita tamen ut cuiuslibet maneat licitum interesse tam ex lucro cessante quam damno emergente petere vid. Richter *de priv. cred. cap. 7. n. 4.* ubi testatur, saepius in Camera ita pronuntiatum esse. add. Hahn. *ad Wesenb. in obs. Pract. tit. de Usur.* Tandem Recess. Imperii de anno 1654. §. 174. huic rei colophonem imposuit & omnes disputationes sustulit in verbis: *Unreichend die künfftige Zins und Interesse, sollen von nunan dieselbige sie seyn aus wieder kaufflichen Zinsen / oder vorgestreckten Anlehen herrührig und versprochen / jedoch nach Anweisung der Reichs Constitutionen / und weiter nichts als 5. procent alle und jede Jahre in verglichenen Terminen unsehlbahr bezahlet etc.*

§. III. Ex quibus satis superque patescit, quod hodie in Imperio nostro Romano Germanico regulariter tam interesse quam usurae 5. procent, quincunces dictae, cum ex centenis quinque quotannis praestantur teste Gothofredo *ad L. cum quidem ff. de usuris*, sint ordinariae, nam

CAP. V. DE PRAXI IMPERII

- 18
nam dicti Recessus ultra has nihil amplius sub nullo colore alicujus prætensi interesse per mittunt, licet sit promissum vid. *Czov. pr. c. 30. d. 1.* quod etiam nisi aliud consuetudine obtineat extendunt DD. ad mercatores, *Carpz. d. l. d. 2. Mev. ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 1. not. 2. n. 15. & 16.*
8. Richter *p. 2. dec. 74. n. 43.* de cujus veritate tamen non sine ratione dubito *L. 26. C. de Usur.* in qua mercatoribus regulariter bestes usuræ permittitur, quæ lex cum sit specialis *§. 174. Recess. Imperii* autem generalis non video sane qua ratione extensio supra dicta subsistere possit, cum ejusmodi lex nova generalis non tollat priorem specialem *l. 113. l. 147. ff. de R. I. arg. l. 26. l. 28. ff. de LL.* sed recipiat omnes declarationes juris communis, *cap. Ex parte ibique DD. de verb. signif.* vid. *Brunnem. ad dictam Legem 26. C. de usuris.* Quæ tamen limitatio tantum eo restringenda, si pecunia debita in lucra negotiationis sit impensa. Porro extendunt DD. supra dictam conclusionem regulariter ad usuras pupillares *ob. L. 7 §. 10. ff. de admin. & peric. tutor. Richt. p. 2. d. 74. n. 68. Carpzov. d. l. d. 3. Tabor de altero tanto p. 4. art. §. 8.* quamvis etiam hæc doctrina limitationes patiantur de quibus infra. In tantum autem huic dispositioni Recessus Imperii in hærent. DD. ut & recte statuunt, quod id quod ultra quincunces usuras præstitum, sorti sit imputandum vel debitori restituendum *Carpz. p. 2. c. 30. d. 4. Brunman. ad l. 26. C. de usur.* Richter *dicta d. 74. n. 10.* Secus ac in annuis redditibus citra fraudem dicta constitutionis debitis. *Carpz. p. 3. c. 24. d. 15.* vid. tamen *Franzk. Carpzovium explicantem lib. 1. resol. 2. n. 74. & seqq.* et in illis locis ubi consuetudine ultra quincunces plus solvitur. De qua thesi tanquam principali hujus materiae jam jam tractaturus vid. *Hahn. ad Wesen. tit. ff. de usur. n. 11. Feltman. de juram. per borres. c. 19. n. 23. Klock. Tom. 2. Consil. 40. n. 138.*
Quæ

Quæ cum ita sint, per se sane patet, quid per dictos Recessus ex Jure Civili & Canonico sit retentum & quid abolitum.

§. IV. Sed ut tandem deveniam ad thema quod proprie tractare proposui, nempe aliquot usuras ultra quincunces in multis Regnis & Provinciis exteris, imò in plurimis locis Imperii Rom- Germanici licitas esse, contra Canonistas & multos Doctores vid. Gail. *lib. 2. obs. 7. & 8. Covarr. lib. 3. var. resolutionem c. 1. n. 5. seqq.* Ante quam autem rem ipsam aggredior pramittendum esse reor eas constitutiones & mores, quæ ultra quincunces usuras permittunt, cum quantitas usurarum sit juris positivi, quod non semper & ubivis idem esse potest, recte observari in provinciis Teutonicis vid. Hahn. ad Wesenb. *D. 22. de usuris 1. n. 5. vers. ult. Mev. p. 4. d. 205. Brunn. ad rubr. ff. de usur. sed unde hoc sit, quod contra legem publicam. sc. Recess. Imperii de anno 1654. Statibus Imperii (nam de exteris Regnis & Provinciis non est dubium) licitum fuerit introducere per legem contrariam usuras ultra quincunces, de hoc non una DD. est opinio, Mevius *indiscuss. Levam. in op. debit. sect. b. n. 17.* putat hanc licentiam oriri, ex publicorum Comitiorum dubitatione de modo usurarum, sed de hac ratione dubito, cum Recessu Spirens. de anno 1600. & ult. de anno 1654. hæc dubitatio sublata & 5. procent determinatæ sint, sed misis his & aliorum opinionibus sententium (1) Recessus tantum loqui de usuris ex mora debitis non de iis quæ instipulationem deducuntur, (2) Constitutiones Statuum non esse correctorias sed potius confirmatorias juris Civilis, quod à Pontificibus olim in juste approbatum, (3) aliquot Status ejus Dnos. Electores Saxonie & Brandenburg, quo ad §. de usuris contra Recessum Imperii protestationes interposuisse. (4) Illud quod de facto obser-*

10.

11.

CAP. V. DE PRAXI IMPERII

40

observatur in Politicis perinde esse ac si jure fieret, (5) Statutum Usuras permittens, & si de jure in disceptationem vocari queat si tamen observetur, perinde esse ac si de jure subsisteret, uti statuit & ex multis textibus & DD. defendit Cothman *Vol. 2. Resp. 52. n. 127.* Ego quid sentiam paucis ostendam.

- §. V. Et quidem quemadmodum jure vel consuetudine introduci potest, ut lucri cessantis interesse, & ad id, quod quis probabiliter in annos singulos lucrari potuisset exigi possit, sic quoque contra Recessum Imperii Statutis Provincialibus majorem determinationem usurarum de jure subsistere uti docent extra Cothmannum *citat. loco Coler de proces. execut. p. 1. c. 10. n. 62. & seqq.* Fichard. *conf. 29. n. 1. v. 1. &* alii apud Cothmannum citati, dummodo ita certa ratione nitantur & non sint contra jus Divinum
12. & naturale ejusmodi constitutiones & consuetudines, nam reliquas & ego damno cum *Nov. 174. cap. 1. & seqq.* Mynsf. *cent. 6. obs. 41. n. 3. &* 4. Gail. *lib. c. obs. 31. n. 11. seqq.* quare cur Princeps Imperii majores usuras in suis Provinciis introducere & respective approbare nequeat? non sane video.
13. Nam notum est Imperii Principem vel statum jura territorialia habentem in suo posse quod Imperator in universo Imperio, quod in specie de Electoribus statuit Grav. *in Proem. pract. cer. n. 24.* de Principibus vero & Civitatibus liberis vid. Gail. *l. de P. P. n. 10. &* 11. Boc. *de Coll. c. 4. n. 5.* Meischn. *Tom. 2 lib. 1. d. 8. n. 21.* Modest. Pistor *Vol. 1. conf. 24. n. 1.* Koppen *dec. 20. n. 4.* & alii quos allegat Reinking *de Regim. secul. &* Ecclesiastico *lib. 1. class. 15. 16. n. 2. seqq.* ex perspicua illa ratione: quod ejusmodi status territorium suum accipiat in feudum in eodem jure quo Imperator Imperium Dauch. *de test. rubr. de mutand. test. potest. n. 86.* Sicuti ergo Imperator una cum statibus jure majestatis condit leges in universo Imperii

perio, ita quoque jure superioritatis territorialis vel quasi
 majestatis Principes provinciales in suis territoriis. Struv.
in Syntag. jur. Exerc. 4. b. 78. & in Syntag. jur. feud. c. 6. aph. 15.
 Reinking *alleg. loco n. 180.* quæ leges Provinciales sive sint
 latæ de rebus Ecclesiasticis sive secularibus vid. Ill. D. Stryk.
 in tr. suo elegantissimo *de jure papal. princ. Evangel. Carpov.*
in L. Regia c. 2. sect. 2. n. 12. & 13. Otto *in diff. de Jure public.*
c. 24. p. n. 705. utique valent, ita ut non solum obligent sub-
 ditos, sed etiam Cameraæ assessores secundum eas judican-
 di per Ord. Cam. p. 1. tit. 57. Gail. l. 1. obs. 96. n. 14. Mynf.
conf. 9. n. 18. seqq. licet ab Imperatore non specialiter con-
 firmata quippe quam confirmationem jam tum in ipsa in-
 vestitura intervenisse puto cum Seckendorff in *Teutscher*
Fürsten Staat p. 2. c. 1. n. 4. Imo hisce constitutionibus vel
 consuetudinibus insistendum licet sint præter jus commu-
 ne arg. Rec. Imperii de anno 1530. §. *Es soll auch ibi: nach*
eines jeden Landes Gelegenheit &c. add. Stamm. de Servit.
personal. lib. 3. c. 8. n. 10. aut etiam contra jus commune,
 multo magis ergo si statuat quid Princeps, quod Legibus
 Civilibus Romanis, e. g. de usuris, consentaneum, Zas. *ad*
L. Hoc Edict. ff. quod quisque jur. n. 21. & 22. Knichen. *de jure*
territ. c. 1. n. 179. & c. 2. n. 363. Pruck. *Conf. 13. n. 82.* Sneid. *ad*
Inst. de J. J. n. 87. Bruning. *de var. univ. jur. spec. conclu.*
st. Limn. lib. 408. n. 253. Stamm. *d. c. n. 14.* Gail. *de P. P. c. 6. n. 1.*
 nam multa consuetudine vel statuto contra jus commune
 & hujus rationem Civilem & Politicam, præsertim si uti hic
 non adsit clausula derogatoria omnium Constitutionum
 & consuetudinum introduci & recipi possunt. *L. 50. §. 1. ff.*
de Statut. L. 1. ff. de sepulch. violat. Doct. in L. fin. C. de testam
& LL. de quibus ff. de LL. Gail. lib. 1. obs. 36. n. & 1. & seqq.
 ibique Grav. Mynsing. *Cent. 1. obs. 29.*

§. VIII. Stet igitur sententia firma quod si consuetudi-
 ne

- ne vel statuto in aliquibus locis in ductum sit, ut annuatim
 15. sex procent regulariter, (nam in plurimis locis & certis casibus etiam ultra 6 procent licite sumuntur) solvantur, ea utique à debitoribus servanda, ceu docent & vivis præjudiciis firmant Czov. in jur. Eccles. lib. 2. d. 319. n. 8. & 9. all. Mev. p. 4. d. 205. n. 9. & 10. Mindanus de mandat. lib. 2. c. 73. n. 4. Klock. Tom. 2. c. 40. n. 138. & quidem specialiter hic 6 procent intro-
16. ductæ (1) in Electoratu Brandenb. vid. Edictum Elect. de anno 1573. quod refert Brunn. d. L. 26. Cod. de usur. add. Scheplitz ad Consuet. March. part. 4. t. 1. S. 1. & 6. ibique not. Copp. dec. 23. n. 6. Muller in Rosol. March. 115. n. 3. quod edictum cum nonnullis aliis ampliationibus usurarum usque ad centesimas certis casibus concessas, ad omnes provincias Brandenburgicas, à gloriosissimo Borussiae Rege nuperrime die 4. Aprilis. singulari edicto, extensum. cujus verba adducere licuit. Wir befehlen und ordnen wann Christen von Christen Geld leihen / regulariter 6. Zahler Zinse von 100. Zahler Capital hinführo jährlich gegeben und angenommen werden sollen. Wann aber ein Christlicher Kaufman von einem Christen Geld entlehnet / weil damit ein weit mehrers als den gewöhnlichen Zins gewinnen kann / mögen 8. Zahler von 100. und ein mehrers nicht gegeben oder genommen werden / unter denen die mit oder auf Wezel handeln oder Wezel ausstellen / soll das Wezel Interesse, also wie der Cours und das Agio auch der Wezel von Zeit zu Zeit verglichen observiret redlich gehalten und bezahlet werden. Wann ein Christ einen Juden oder ein Jude einen Christen auf etliche Tage oder Wochen und Manate Geld lehnet / mögen sie aufs höchste 12. von 100. bedingen / geben und nehmen / wann aber das leihen auff ein ganzes Jahr geschicht / soll keiner von andern mehr als 8. von 100. zu nehmen concediret, sondern unter Christen und Juden / wegen der Zinsen ein Gleichheit seyn. (2)

(2) In Ducata Bremensi quid olim & hodie juris, vid. *L. D. von wucherlichen Contracten* de anno 1580. ibique Mevius. (3) In provinciis hereditariis & Regno Bohemiae Böhmis, Land-Recht *Lit. P. n. 1. de anno 1545. Treutl. Vol. 2. disp. 3. th. 4. in fin.* Wehnerus *in pract. obs. Lit. Z. in verb. Zins.* (4) In Ducatu, nunc Regno Borussiae vid. *jus provinc. lib. 4. tit. 2. art. 1. §. 1.* (5) Saxoniae & Westphaliae Provinciae extra Electoratum fere omnibus recte Richter *dec. 74. n. 5. Mindan. de mandat. lib. 2. c. 73. n. 4.* (6) In Holsatia vid. *Herm. Lath. de cons. lib. 3. c. 23. n. 100. seqq.* (7) In Ducatibus Brunsv. Wolf. L. O. de 1617. *§. fonten 3.* In Hannover de eodem anno Hahn ad Wesenb. *ff. de usuris n. 11.* (8) In Pomerania, vid. *Edict. Stetin. von Wucher §. fin. de anno 1587. & 1568. add. Gisebert in Justin. Honn. lib. 4. de act. 6. §. si quis 3. n. 13. n. 13. n. 1368. & 1369. & multis seqq.* (9) In Ducatu Halberstadiensis Land: Gerichts: Ordnung *cap. 1. §. 3.*

§. VII. Et haec semisses adhuc hodie in usu sunt, praesertim in iis provinciis in quibus receptae sunt usurae ordinariae & legitima dantur tamen multi casus in quibus usurae etiam ultra 6. procentum multo excurrunt & tamen licite promitti possunt imò publicae sapientius constitutiones inveniuntur, in quibus etiam regulariter ultra 6. procentum conceduntur, uti jam allegata constitutio Regis Borussiae ostendit. Sic in Hollandia, ut omnes octo in centum, mercatores autem duodecim pro usu annali exigere possunt, licitum est vid. *Grotium de Jure Belli & Pacis lib. 2. c. 12. §. 22.* Sic in Bavaria decem procentum introductas esse testatur *19.* Wehner *in pract. observ. lit. Z. in verb. Zins.* Sed & extra has Constitutiones reperiuntur casus in quibus plus ultra quincunces & semisses exigere possunt. Et quidem Primo loco sese offert Interesse seu id quod interest. Quid sit Interesse & quomodo ab usuris differat supra tractatum in

CAP. V. DE PRAXI IMPERII.

- 44
 20. capite 1. Jam super est dispicere an hoc possit excurrere ultra 5. aut 6. procentum. Huic facit L. un. C. de sentent. que pro eo quod interest. Et debetur id quod interest vel ex mora vel facto alieno L. 33. ff. ad l. aquil. l. 4. §. 7. ff. de damn. infecto l. 80. in pr. ff. d. furt. quod autem hoc interesse ultra legitimam usuram venire possit innuit l. 2. §. ult. ff. de eo quod certo loco vid. Zanger de exceptt. p. 3. c. 25. n. 29. 30. & 46. Berlich, p. 2. concl. 38. n. 37. Carpzov. p. 4. Respi. 50. n. 8. & quidem ex mente Justiniani in dict. L. un. in casibus certis non nisi usque ad duplum, in incertis quicquid ob moram actoris actu abest, ita tamen ut duplum ita taxetur, ut id demum astimeretur quod actori vere abest vid. Ummium disput. 21. de usuris & eo quod interest §. 10. 11. & 12. ubi late & pro more solito erudite tractat hanc materiam
21. poenæ conventionales de quibus perplexa inter DD. est disceptatio ansit in iis dupli taxationi locus, in qua accedo negantium opinioni saltem ex hoc quod hinc certus modus Legibus non sit constitutus sic Paulus in l. 96. ff. de Evictionibus scribit poenam nos non tantum ad triplum sed etiam quadruplum stipulari posse, cui sententiam suam addit Ulpianus in l. 38. §. 17. ff. de v. O. Et hæc sententia omnino est probabilis, si modo ita intelligatur, ut non semper tota poena, de qua conventum est exigatur, sed si manifesta iniquitas ex ea elucescat, æquitate temperetur, vel ut D. Marcus rescripsit, Stipulationis iniquitas ad modum justa taxationis redigatur l. 17. pr. ff. de usur. quod apprime convenit verbis Justin. in dict. L. un. & facile alias fraus fieri posset Constitutioni Justiniani, quod utique præcavendum & eo respiciendum ut hæstipulationes in eantur competenti moderatione vid. Treutlerum Vol. 2. D. 23. tb. 4. lit. B. in fin. ibique Bachov. Bocer. class. 6. D. 29. tb. 49. &

Et 50. Scipio Gentil. *de eo quod interest*, th. 49. Et seqq. & præprimis Fachinæum hanc thes. tractantem *lib. 1. Cap. 50.*

Tertio sequitur fœnus nauticum, ex quo originem ducunt duo inter mercatores præcipue in Hollandia & Civitatibus Hanseaticis usitatisimi contractus sc. Assuratio & Bodmeria. Quid præcipue sit Assuratio, quæ sint 26. ejus species & natura, hic pertractare non vacat, nec quæstionem an sit contractus, isque vel nominatus, vel innominatus, vel tantum in se & sua natura conventio seu pactum in genere uti putat Ill. Dn. Coccejus *in tr. de assurationibus cap. 1. §. 7.* quamvis ego sentirem cum Ill. Dn. Strykio *in Caut. Contr. sect. 9. c. 5. §. 27.* & referrem ad contractus innominatos uti etiam facit Santerna *de assurationibus p. 1. n. 7.* si, uti dictum hanc materiam ex professo tractare esset hujus loci, modo sufficiat pro nostro instituto examinare, an fœnus nauticum & in specie præmium assurationis sive maritimæ aut terrestris ultra 5. aut 6. percent possit extendi? Causa hujus fœnoris præcipua sita est in periculis, quæ sustinet creditor, nam, ut cum Ill. Dn. Coccejo *all. tr. §. 2.* loquar, sæpe evenit ut unius horæ calamitas naufragiis tempestatibusque plurium annorum operam, sollicitudinem atque custodiam exhauriat, & congestas à multo tempore copias una prædonum ac piratarum incurso repente absorbeat, quare ad conservanda commercia nihil utilius, quam ut alii in partem hujus discriminis vocentur. Sed quantum pro hoc periculo præmium stipulari liceat nunc quæritur. Jure Digestorum nauticum fœnus, quo refertur præmium assurationis, centesimam usuram transgredi & licite etiam ab alio, quam negotiatore, stipulari potuisse contra Molin. *de Usur. n. 107.* defendunt Cujac. *ad Paul. 2. sent. 14. §. traject.* Borcholt *de nautico fœnore c. 4. n. 1.* & quidem recte prout bene advertitur ab Ummio *disp.*

CAP. V. DE PRAXI IMPERII

46

21. *th. 9.* add. *Stypman de jure marit. lib. 4. c. 2. n. 127.* quam licentiam videtur in aliquibus locis approbasse Imperatorem in *Novell. 106.* quoniam autem secundum verio rem sententiam hæc *Nov. 106.* per subsequentem *Nov. 110.* est correctæ & *L. 26. C. de usuris* in usum iterum revocata, constat de jure Justinianæo illius avi ultra centesimas excedere non posse, quæ tunc temporis judicæ sunt legitimum pretium in trajectitia maritima & terrestri, quippe in qua eadem ratio periculi militat per *L. 5. C. de fœn. naut.* elapso vero spatio in dicta *Nov. 106.* debitoribus indulto, non solutæ pecunia usuræ currunt, non quidem nauticæ, quæ periculo creditoris desunt, sed communes i. e. beses in dicta *L. 26.* negotiantibus concessæ add. *Stephanus & Sonne mannus ad Novellam 106.* *Cujacius ad Nov. 106. § 110. & lib. 27. obs. 37.* *Rittershus. ad Nov. p. 3. c. 11. n. 7.* *Gudel. de jure Novis. lib. 3. c. 3.* Sed anne moribus locorum ab hisce centesimis recedentibus quis plus vel minus in conventionem deducere potest? Negant hoc multi, puto tamen & hoc utique, habita tamen ratione temporis navigandi, locorum & periculi, licitum esse, in quam opinionem mecum descendit *Loccen. de jure marit. lib. 2. cap. 5. §. 5. fol. 173.* *Ill. Dn. Coccejus de affecuratore §. 26.* *Marqu. de jure mercat. c. 13. n. 69.* *Ill. D. Stryk. de C. C. Sect. 3. c. 5. §. 29.* ut & *Mag. D. Præf. in Disp. de jure Bodmerie.* & ita apud Hollandos talis pecunia in instrumentum quod vocatur *der Zyl- Brieff* & præfertur in concursu dem *Bodmery Brieff* redigitur, *Marqv. lib. 2. c. 5. n. 22. & 8. n. 80.* est autem præmium affecurationis ex Hollandia communiter & tempore pacis versus Thraciam 14. procentum versus Venetias 13. Versus Livoniam, Genevam & Marsiliam 10. procentum. De Hamburgo versus Hispaniam 12. procentum versus Africam vero ex Hollandia olim. 4. vel 5. procentum & licet de

de hoc pretio periculi ex bono & æquo conveniri possit
inter contrahentes, tamen hodie ex mercatorum consue-
tudine in Hollandia communiter sunt septem procentum
vid. Schotrelus *de jur. fru. c. 23. §. 6. in fin.* Bodmeriam
vero quod attinet, notum est, eam etiam sub pecunia tra-
jectitia contineri, & esse mutuum ad usum navis, forte ad
emendam, extruendam vel reficiendam eam sub usuris ma-
joribus datum, pariens privilegium exigendi. add. Stypman
de jure marit. lib. 4. c. 5. ubi totam hanc materiam ex pro-
fesso tractat add. quoque Marqv. *de jur. mercat. all. Loco.*
Quo usq; antem in hoc contractu usuras stipulari liceat, non
determinatum est, mos igitur regionis inspiciendus, interim
hoc certum est, licere majores communibus sumere usque
ad centesimas, vel ultra, quatenus longinquitas navigatio-
nis hoc contrahentibus suaferit. vid. Stypman. *all. loco n. 139.*
notatu dignum est, quod navi sublata sit quoque perempta
pecunia in Bodmeriam credita, nisi concurrat culpa debi-
toris Brunn. *ad l. 3. C. de naut. fœn. per Stat. Hamb. p. 2. tit.*
14. & 18. Ill. D. Strykius *in Comment. ad Lauterb. tit. de nau-*
tico fœnor. Et has species usurarum sive nauticum fœnus
etiam à jure Canonico non improbari docet Zœs. *in Comm.*
ad ff. & C. de naut. fœn. Santerna *de affec. & spons. mercat.*
p. 1. n. 9. & 10. Quinto huc quoque referri potest creditor
agricolæ, qui licet ex creditâ pecuniâ ab hac tantum 4. pro-
centum sumere potest, ne sc. illi nimium graventur neve
ræs alienum carius sit alimentum vid. *Nov. 32. 33. & 34. jun-*
ctâ Auth. ad hęc C. d. usuris. tamen si frumentum aut aliud
genus frugum, sive sint aridæ sive liquidæ creditum sit,
tunc potest creditor ab agricola stipulari usuram centesi-
mam, quæ olim erat dimidia pars frugum, *l. 1. C. Theod.*
de usur. vid. all. Nov. 32. & seqq. Causam differentiæ si
quæris, eam positam reperies in fructuum incertitu-
dine

dine eorumque inconstanti pretio Cujac *lib. 3. obs. 3.*
 add. Sonneman *ad Nov. 32.* ibique citatos textus & D.D.
 ubi in Marchia hanc Novellam abrogatam esse & etiam
 à Rusticis usuras semisales stipulari docet Muller
Resol. March. resol. 110. n. 10. In Principat. Halbersta-
 diensi obtinet die *Muffmaß* ubi mutuo dato frumen-
 to effluxo anno ultra id quod datum, sexta pars redditur
 in præmium. Sextum jam locum habebit Cambium &
 25. præcipuum id quod D.D. & mercatoribus dicitur regulare,
 quid hoc proprie sit & quibus partibus constet cum sit spe-
 cies omnium negotiationum fere nobilissima, discendum ex
 scriptoribus Cambialibus & in primis ex Raphaelē de Tur-
 ri & Scaccia *de Commercii & Cambiis*, paginae jam non pa-
 tiuntur plura de hac nobilissima materia, nisi ea quæ ad
 propositum nostrum faciunt, addere, hoc autem certum
 est pretium sive usuras quæ voce agio indigitantur in
 Cambiis sæpius longe superare usuras quincunces & regu-
 lariter ad normam præscriptam in Emporiis vulgo *den Cours*,
 quoniam autem hac inre in omnibus fere locis cambiali-
 bus diversitas reperitur, certum quid statui nequit, sed
 stylus mercatorum cujusque loci ad quem Cambium diri-
 gitur inspiciendus ac discendus aut *den Cours-Zettul* / &
 respiciendum insuper ad nummorum bonitatem in & ex-
 tirnsecam item laborem, industriam, inpensas & pe-
 riculum vid. Bode *de cambiis th. 1.* ubi dicit Nonaginta au-
 reos Romæ tantum valere quantum centum in Hispania
 add. Scaccia *de Cambiis th. 1. qu. 7. p. 1. 48. & 49.* Inde
 est quod ipsi Pontificii in Cambiis tantam summam lo-
 co usuræ sive provisionis legitimam censeant, quam tam
 laudabilis mercatorum usus approbavit, Scaccia *de Cam-
 biis §. 3. gloss. 3. n. 11. fol. 412.* Marqy. *de Comm. lib. 2. c. 12.
 n. 87.* in Ordinatione Lipsiensi de anno 1682. regulariter
 per-

permiffa sunt decem pro cent *in* §. 22. vid. Ill. D. Stryk *C. C.*
Secl. 3. c. 5. fol. 473. quæ provifio eo magis æquitati confen-
 tanea cum Modestinus Pistor *Vol. 1. conf. 47. n. 9.* ftatuat,
 Mercatorem decem pro centum fumentem non peccare.
 Licet autem hæc locum habeant in cambiis regularibus in
 palliatis autem ultra ufuras ordinarias fumere non licet de
 quo testantur, D D. fupra citati item Heidiger *de Cambiis*
 add. Edictum Potentiffimi Boruffiæ Regis Halberft. pu-
 blicatum quod hic annectere placuit, **E**s follen alle Cam-
 bia regularia paratam executionem und andere effectus,
 welche folches Negotium nach ſich ziehet/ nach wie vor/ be-
 halten / in cambiis palliatis aber terminus ad recogno-
 ſcendum angefezet/ und exceptiones in continenti liqui-
 dables, admittiret, auch dahin verfahren werden / wie in
 procesſibus executivis gebräuchlich. Geftalt dann auch
 denen Cambiis regularibus in Concurſibus creditorum
 zumahlen wann das Wechel-Geld bereits vergriſſen/ und
 nicht mehr in natura vorhanden / kein Privilegium præ-
 lationis tribuiret/ ſondern nur bloß locus inter chirogra-
 pharios excepto fiſco, als welchen in contractibus ohn dem
 tacita hypotheca zu kömmt / assigniret und verſtattet ſeyn
 ſoll. Und weilens übrigen ein Zeithero / inſonderheit vor
 denen Juden/ durch das negotium Cambii der ſchändliche
 Bucher bemäntelt / und dadurch mancher Chriſt ruiniret
 worden/ ſo ſoll hinkünfftig in Cambiis regularibus, die
 Agio nach dem Cours deſſenigen Orts/ reguliret/ und ein
 mehrers/ als derſelbe mit ſich bringet / nicht genommen
 werden/ in Cambiis palliatis aber/ ſo auf ein Mutuum hin-
 aus laufen/ werden hinkünfftig mehr Zinſen/ als ſonſten in
 mutuo, nach proportion der Zeit zuläſſig ſeyn/ nicht paſ-
 firet/ immaffen dann nach dieſer Conſtitution, nicht allein
 die Unter- Gerichte in decidendo, ſondern auch jedermännig-
 lich/

50
lich / insonderheit die Juden / in Handel und Wandel sich
also eigentlich zu achten / und derselben in keine Wege / bey
Bermeydung scharffen Einschens / zu contraveniren haben.

26. Septimo consideranda Antichresis & quidem expressa,
cum tacita in praxi recepta nunquam legitimum usurarum
modum excedere possit, sed semper ad hunc modum le-
gitimum sit reducenda Hahn. *part. 2. Observ. ad tit. de*
pign. n. 5. Carpzov. p. 2. c. 30. d. 40. Rittersh. diff. Jur. Civ.
& Can. lib. 3. c. 7. quæ expressa licet ab usuris quo admo-
dum constituendi, quantitatem modum finiendi & ratione
contrahentium differat, tamen in eo convenit quod vicem
usurarum subeat, cum antichresis proprie dicatur quando
creditor bonis debitoris in vicem usurarum utitur fruitur.
L. 11. §. 1. ff. de pign. l. 14. l. 17. C. de usur. Hahn. *all. loc. Mey.*
in disc. Levam. inop. deb. c. 4. sect. 11. n. 27. & in hac anti-
chresi expressa creditor fructus loco usurarum licet ea-
rum modum legitimum excedant lucrari potest, addita ta-
men distinctione inter fructus certos & incertos, ita ut quo
ad hos si sc. incerti sint eventū vel pretio, eos creditor lu-
cretur etiam si se extendant ultra modum legitimum usu-
rarum, cujus ratio potissimum in incertitudine fructuum
& susceptione periculi, des *Hazards* / consistit vid. Faber
de Error. Pragmat. decad. 9. Conf. Carpzov. p. 2. c. 30. d. 40.
& 41. Scheffer lib. 1. qu. 17. Berlich p. 2. dec. 170. n. 25. Lau-
terb. in Comp. jur. lib. 3. tit. 7. ibique Ill. D. Stryk in not. Et
hæc incertitudo eventus facit, ut hæc conventio pro usu-
raria & illegitima reputari nequeat, quarum plurima ex-
27. empla in jure occurrunt: quarum hic unicum Octavo lo-
co ponam si quis indaginem, plagis positus à venatore, vel
pantheram ab aucupe, aut jactum retis à piscatore (ut
illud in patria dilectissima Libera Imp. Civ. Bremensi quo-
tidie occurrit in captura salmonum) emat non rescinditur
con-

RATIONE USURARUM.

51

contractus etiam si emptor duplo plus lucratus sit, *l. 8. de contr. empt. l. 11. §. fin. ff. de act. empt.* incertus igitur eventus facit ut ejusmodi contractus liciti fiant. vid. Tiraquell. *ad l. si unquam C. de revoc. donat.* Mynsing. *Conf. 2. n. 100. decad. 3.* quæ conventio in jure vocatur emptio spei sive alea, à qua differt rei sperata e. g. fructus, circa quos probe distinguendum inter fructus speratos seu plane futuros, fructus in herbis & facultatem percipiendi fructus, in quibus speciebus omnibus, sicuti etiam in venditione annuorum reddituum in fructibus incertis consistente contingere potest, ut perceptio fiat ultra modum legitimarum usurarum, licet semper excessus plane considerabilis excludatur; sed hanc materiam cum Ill. Dn. Stryk. in suo in comparabili tractatu *de C. C. Sect. 2. c. 8.* ex professo solide pro more suo tractet; his non immorabor add. tamen *Mev. p. 1. d. 196.*

28.
Nono observandum quod antea dixerim usuras pupillares non currere ultra quinque pro cent. si autem res sit cum tutore, & is pecuniam pupillarem in suos usus converterit, si negaverit habere pecuniam ad alendos pupillos, & tamen habet, si ad emenda prædia, si potuit, non impenderit, tunc utique solvit usuras majores *l. 9. §. 4. l. 39. §. 14. de admin. & periculo tutor.* item gravissimas & maximas sc. centesimas. *L. 7. ff. de admin. tut. l. 54. ff. eodem.* Borcholt *de usur. c. 4.* *Mev. ad jus Lübecense lib. 1. tit. 7. art. 7. n. 12.* Et licet Molinæus de usuris quæst. 76. tradat nec hodie sublatas esse has centesimas tamen alii contendunt *per l. 26. C. d. usur.* esse abrogatas Rittershusi. *ad Nov. P. 8. c. 6. n. 21.* aliique, de quorum tamen opinione nisi mores locorum eam specialiter receperint, ex hac ratione quod lex generalis posterior non solvat priorem specialem valde dubito cum D. Brunnemanno *ad l. 1. C. de usur. pupill. add.* Christianæus *ad b. Legem & Barbosa* qui usuras usurarum in hac specie deberi


52 CAP. V. DE PRAXI IMPERII RAT. USURAR.
deberi putat de quo vide plene tractantem hanc quaestio-
nem Franzk. *lib. 2. resol. 10. n. 30. & seqq.*

Sed quia ad finem properandum Decimo & ultimo
29. loca hic ponam montes pietatis quae auctoritati Pontifi-
ciae plus debent, quas Ill. D. Strykius *in Caut. Contr. Sect. 2.
c. 1. §. 32.* late explicat, quo lectorem remitto benevolam,
addente saltem ad huc, in his quotannis 10. 16. imo majore
quoque quantitate capi posse, & quidem absque
ullo vitio vel usuraria pravitate, non licet ex hoc multa pec-
candi occasio nascatur, tamen ex accidenti fit, vitiaque per-
sonarum à vitio ipsius rei probe separanda, interim quia
fors morte creditoris perit in ejus compensationem majore
quoque usurae praestantur quod ob incertitudinem vi-
tae omnino tolerari posse docet Ill. Dn. Stryk. *all. loc. §. 33.*
ibique citatus Roder. *de annuis reddit. lib. 3. qu. 6. n. 8.* Pos-
sent hic quidem plures utilissimae materiae & quaestiones
de usuris ultra alterum tantum debitis & de jure contra
fidifragos debitores in Holsatia & Megapoli receptio ubi
cum obstagio etiam majores usurae post moram & fidem
fractam loco interesse & poenae deberi innuit constitutio
Megapol. *de dato d. 23. Febr. 1621.* add. Ill. Dn. Stryk. *C. C.
sect. 2. c. 1. §. 28.* proponi, sed nec tempus nec paginae no-
bis permittunt esse tam prolixi cumque jam dicta pro ratio-
ne instituti nostri sufficere posse videantur filum ab-
rumpo & Hic sit, gratis devotis-
sime actis.

DEO TER OPTIMO MAXIMO,

FINIS.





Oblecent alii se deside tempore vita
 Inque sinu foveant pernicioſa mala,
 Multo aliter ſentis, vitiis Tunamq; relictis
 MEYER, virtuti tempora grata dicas,
 Cum virtute Tibi Aſtræam conjungis amicam
 Quæ ſic connexæ nomina clara dabunt
 Perge modo, ſicut cepiſti, currere rectam
 Quam monſtrant virtus Eunomiesque viam
 Sic Patris Patruique Decus, famamque tueris,
 Ipſi etiam Patriæ commoda multa feres.

Ita

Clarifſimo Domino Candidato gratulatur

SAMUEL STRYKIUS, JC.

S. Reg. Majeſt. Pruſſ. Conſil. intimus, &
 Facult. Jur. Ordinarius.

IOH. PETR. LVDOVICVS,

FRIDERICIANAE PROFESSOR

NOBILISSIMO atque CONSULTISSIMO VIRO

HENRICO MEYERO,

S. P. D.

EAm mihi per tres annos, quibus alter alteri innotuit,
 tenere in ſtudio literarum viam es viſus: ut legibus
 te Romanis non ita unice mancipares, quin tem-
 poris tibi aliquid ſupereſſet, illis pariter diſciplinis colen-
 dis, quæ iuriſprudentiam & ornant & adiuvant firmantq;
 Habent enim illa civium Romanorum iura triſte aliquid &
 horridum, niſi cultus rerum accedat, quarum notitiam tibi
 iuxta cõmendatam habuiſti. **Qua in re ſive Excell. Patruum**
 G 3 tuum,



tuum, virum ad rempublicam regendam omni artis præsidio iustructum, fueris sequutus: sive magnorum tibi ICTorum exempla proposita credideris: sive etiam mea aliquid dederis tecum consuetudini: perinde esse potest, cum neque Te obsequii nunc pœniteat; neque me unquam pœnitere possit consilii. Inter principes Gallia ICTos floruit quondam FRANCISCUS BALDUINUS. Scripsit is in senectute libros de IURISPRUDENTIÆ CONIUNCTIONE CUM HISTORIA. Vinculum, quo utraque disciplina cohæreret, clarius non, quam sub navis emblemate oculis exhibere aliorum sibi est visus, addita inscriptione: SI DIVIDAS, PERDAS. Tantam nempe artis suæ, id est civilium iurium doctrinæ, cum notitia historiæ curatori connexionem iudicabat: ut eiusdem necessitatis crederet; navigium dissolutum interire; & legis peritum, historiæ præsidio nudatum, naufragium pati veritatis. Et vero hæc magni ICTi doctrina ab ipsa juris prudentiæ definitione, verbis manifestis, proficiscitur. *Rerum hæc divinarum humanarumque notitia*, una parte audit, hoc vero quid est? quam accurata descriptio historiæ: altera deinde *iusti atque iniusti scientia* esse dicitur, id quod demum sibi vendicet iurisprudentia. Sacratissimo igitur Imperatore teste duæ partes, aut, quod alii scripserunt, duæ iurisprudentiæ alæ sunt: *historia*, & sigillatim dictum *ius*. Quotusquisque ergo unam earum prætermittit, ei nec mirum videatur, quod prinnulis uti nesciat; quod humi serpat, quod tritas magis, quam rectas vias sequatur. Porro si ratio legis, anima legis est; illa vero e facie reipublicæ, ingenio legislatoris eruenda, quod utrumque historia efficit; inanimam iterum jurisprudentiam illi habebunt, qui incorrupta historiæ monumenta prætermittunt. Deinde, quod olim Conringius scripsit & optimo cuique hominum

dienum adprobatur, ipsa leges historiae sunt voluntatis, a Principe circa civium actiones solenniter declarata. Et perfecta forte iurisprudencia esset, si causas occasionesque singulis legibus ab historico additas haberemus: quam operam crediderim centum Bartolis in iure Romano eruendo fore praefendam. Proinde cum historiarum aut studio aut neglectu iurisprudenciam quoque aut excultam aut commentis ineptissimis corruptam fuisse, nullo non tempore observamus. Vere itaque Ictus, quem supra laudavimus, iudicat: historiae cum iurisprudencia coniunctio tam necessaria; quam unius corporis indivisa partes aut membra divelli neque possunt, neque debent. Et ego quidem, pergit, nondum satis statuere potui, plusne lucis historia ex iurisprudenciae libris, an iurisprudencia ex historicis monumentis accipiat. Sed liquido affirmare possem, sic utramque comparatam, ut altera alterius poscat opem & coniuret amice. Ita enim & mihi historia mortuum cadaver, vana & inanis videtur, nisi e divino humanoque iure facta quaeque rite amentur. Et verum fateri liceat, historia, quam omni industria tractaveram, & mihi calcar addidit potissimoque incitamento fuit; ut ad iurisprudenciam vestram, in qua etiam nunc vigilas ago, me accingerem. In quo studio, quo altius mentem meam defigo: eo appetentior sum, ut sitim magis excitari quam refingui experiar. Video enim quantum momenti accedat solidiori iurisprudenciae e monumentis historiarum: ut adeo nemo in hac operam perditurus sit, si recto inde tramite ad illam pergat. Tu vero, iurium Candidate Nobilissime post alios multos exemplo esse aliis potes, qui utramque Spartam non levi industria occupasti. Assiduus mihi per triennium auditor fuisti, in historicis, politicis, ac iure isto publico Germania; ut exinde notitiam

✽ (O) ✽

tiam te acquisivisse ordinum regumque cum Europæ universæ, tum Germaniæ imprimis nostræ Principum, tam sciam, quam certus de fructibus sum, quos solertia ingenia ex hoc studiorum genere reportant. Macte igitur virtute hac tua, atque in palæstra, quæ tibi exornanda nunc aperitur, ad summum iurisprudentiæ culmen felici atque erudito certamine contende. Materiam de usuris tibi hoc specimine propugnandam sumpsisti: det Deus, ut virtutis doctrinæque tuæ integram ac innocentem usuram capias, gloriam velim, auitis imaginibus tuis condignam. Vale. Halæ Hermunduror. die XII. mens. Jun. clb. lccc.

Madrigal.

Esst siehst man / was du bist;
Du gehst auf dem Pfad / wo deine Väter
lieffen /
Du suchest gleichen Ruhm /
Und bist nun allbereit ein herrlicher Jurist.
Du warst bey dem Buch / wenn andre Brüder
schließen;
Und darum hast du auch das Lob zum Eigenthū.
Getrost! gelehrter Meyer; Es sind nun güldne
Zeiten:
Minerva will dir selbst den Doctor-Hut bereittē;
Wir reden wie man sagt.

Dem

Denn sonst ist es wahr; du brauchst Minerven
nicht;
Die Weißheit ist dein Hut / die Rechte sind dein
Licht.

Mit diesem bezeugten dem Hn. DOCTORANDO
ihre schuldigste Obliegenheit

Ihro Excell. Hn. D. Hoffmanns
sämtl. Tischgenossen.

FAllor an usuras, quia res est divite quaestu,
Ultra quincunces poscere jura sinant:

Exemplo, Meyere, tuo, scio praemia laudis

Innumero censu multiplicare licet.

Nam certo & justo tu circumscribere veram,

Virtutem pretio non potes, ara potes.

*Ita Nobiliss. Dn. Candidato Fautori & populari suo
astumatiss. amicisimoque recens partes hono-
res gratulans, suiue memoriam commendans
manum officiosam testatum facit tumultuante
calamo*

C. A. HAKE, Bremâ Saxo.

MEYERUS Studium Themidi credendo recepit
Ingenii magnas, quas modo monstrat, opes.

Grata Themis sortem duplicato fœnore reddit

Doctōris mitra condecorando caput.

H

Fœnus

Fœnus honorificum magnumque Astræa rependit,
Majus fœnus erit, quod dabit alma Venus.

*Quo virtute Tua, MEYERE, ornaris honori
Hoc carmen sacrum discipit esse Tuus*

R. D. HAKE, Lüneburgensis.

Dies ist der rechte Weg zum Ziele wahrer
Ehren /

Den ihm Herr Meyer ist an diesen Tag erwählt /
Da uns sein kluger Mund läßt überflüßig hören /
Was die gelehrte Welt von Zins und Bucher
hält.

Glückselig ist der so wie er die besten Zeiten /
Nicht ohne Bucher läßt und grossen Nutzen gehn /
Dem wird die Tugend selbst den Lorber = Kranz
bereiten /

Daß er kan unbeschämt in Gold und Purpur
stehn.

P. D.





Halle, Diss., 1707

(A-Bo)

ULB Halle

3

004 915 917







21. D. B. V. G. 20. num. 46. 0.40

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS
De
USURIS,
LICITIS ULTRA
QUINCUNCES,

G. 44.

RECTORE ^{quam} MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO JUVENTUTIS PRINCIPE AC DOMINO,
DN.

FRIDERICO WILHELMO,

PRUTENICI ATQVE BRENNONICI SCEPTRORUM HEREDIS
DE DIGNISSIMO TERQVE FELICI,
IN INCLYTA ACADEMIA FRIDERICIANA
Ex Decreto Illustris Facultatis Juridicae,
PRÆSIDE

DN. HENRICO BODINO,

S. REG. MAJ. BORUSS. ET ELECT. BRAND. CONSILIARIO ECCLESIAST. IN DUCATU MAGDEB. GRAVISSIMO, PROFESSORE JURIS ORDINARIO CELEBERRIMO,

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure Honores & Privilegia
DOCTORALIA rite capeffenda,
Die XVII. Junii An. MDCCI. horis ante & pomeridianis
IN AUDITORIO MAJORI

Publicæ Eruditorum disquisitioni submittit

HENRICUS MEYER, A. F. Saxo-Brem.

Halæ, Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typogr.

